 Johannes de Aspervil' filius prædicti Willielmi de Aspervil' defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate decem annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [Inquisitio facta die Martis ante festum Sancti Martini Episcopi.] Buckingham'.
 [Vide Rot. Fin., 9 Edw. I. m. 3; et 10 Edw. I. m. 13.]
12. **THOMAS DE SANCTO VIGORE.** *Inq. p. m.*
 Thomas filius prædicti Thomæ est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Wiltes'.
 Thomas primogenitus filius prædicti Thomæ est filius et hæres dicti Thomæ de Sancto Vigore, et est ætatis viginti et sex annorum. Somerset'.
 [Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 4.]

13. SIMON DE RAGHTON'. *Inq. p. m.*
 Quis propinquior hæres ejus est, dicunt [juratores] quod Henricus filius
 ejusdem Simonis est hæres ejus.
 Cujus ætatis, dicunt quod est viginti duorum annorum et amplius.
 Cumberland'.
 [Vide *Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 8.]
14. WILLIELMUS DE GORGES, qui tenuit de hærede Hugonis de Curtenay
 infra ætatem existente. *Inq. p. m.*
 Thomas de Gorges frater prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est,
 et est de ætate triginta annorum et amplius. Devon'.
 [Vide *Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 13.]
15. HERBERTUS DE CALNE, qui tenebat de Baldewino de Calne qui est de
 potestate Regis Franciæ. *Inq. p. m.*
 Herbertus filius prædicti Herberti est hæ propin-
 quior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Pentecostes proximo
 præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii in festo Sancti Mathiæ*
apostoli.] Southampton'.
 Hæres prædicti Herberti defuncti vocatur Herbertus, et est de ætate
 quinque annorum et ultra a festo Pentecostes proximo præterito
 usque ad hunc diem. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum*
Sanctæ Margarietæ.] Dorset'.
16. WILLIELMUS DE PERCY, DE KILDAR vel KILDALE, qui tenuit de hærede
 Marmaduci de Tweng infra ætatem existente. *Inq. p. m.*
 Dicitus Willielmus de Percy defunctus fecit omnia forinseca servitia
 Willielmo de Percy patri suo, et post decessum Willielmi de Percy
 patris sui fecit omnia forinseca servitia Arnaldo de Percy filio et
 hæredi dicti Willielmi de Percy senioris patris sui. * * Alexander
 filius ejusdem Willielmi junioris defuncti propinquior hæres ejus est,
 et est de ætate quatuordecim annorum. Ebor'.
 Dicitus Willielmus obiit die Veneris proximo ante festum Sancti Marci
 Evangelistæ in Wallia anno supradicto [23°]. Ebor'.
17. ANDREAS DE NEVILL'. *Inq. p. m.*
 Jollanus filius prædicti Andreæ de Nevill' est propinquior ejus hæres,
 et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Lincoln'.
18. JACOBUS DE BURNHAM. *Inq. p. m.* [*Breve datum est 3° die Octobris*
anno 23°.]
 Hubertus de Burnham frater dicti Jacobi propinquior hæres ejus est
 et de ætate triginta annorum. [*Inquisitio facta est 24° die Octobris*
a° 20° (23° ?)] Essex'.
Est etiam assignatio dotis Idoneæ quæ fuit uxor Jacobi de Burnham.
 [Vide *Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 19.]
19. THOMAS DE STODHAM. *Inq. p. m.*
 Thomas filius dicti Thomæ defuncti propinquior ejus hæres est et de
 ætate septendecim annorum et dimidii. Essex'.

Thomas filius Thomæ de Todham [Stodham] est hæres ipsius Thomæ propinquior, et est de ætate septendecim annorum et amplius.

Hertford'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 9. in schedula.*]

20. WILLIELMUS DE LUTON'. *Inq. p. m.*

Thomas filius Willielmi de Luton' defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate quindecim annorum ad Natale Domini proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Translationis Beati Thomæ Martyris.* Buckingham'.

Thomas filius dicti Willielmi de Luton' propinquior hæres ejus est, et fuit de ætate tredecim annorum ad festum Omnium Sanctorum proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii in festo Sanctæ Margarete Virginis et Martyris.* Leicestr'.

Est etiam assignatio dotis Beatricis quæ fuit uxor Willielmi de Luton'.

21. MAGISTER ALFREDUS *alias* ALVREDUS DE TAUNTYFER *alias* TAUNTEFER, qui tenuit de hærede Radulphi de Tony infra ætatem existente. *Inq. p. m.*

Walterus Tauntefer frater prædicti Alvredi propinquior hæres ejus est, et fuit ad festum Apostolorum Petri et Pauli proximo præteritum de ætate viginti et octo annorum. [*Inquisitio facta die Mercurii in festo Sancti Laurentii Martyris.* Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 6.*]

22. ROGERUS DE LA MORE. *Inq. p. m.*

Alicia quæ fuit uxor dicti Rogeri dotatur per Breve Regis *alias* directum Malcolmo de Harleye.' * * Willielmus filius dicti Rogeri est ejus hæres propinquior, et fuit de ætate decem annorum die Inventionis Sanctæ Crucis anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Salop'.

23. NIGELLUS DE SANDERVILL' *alias* SANDREVYL'.

Dictus Nigellus tenuit die quo obiit tres virgatas terræ, &c. in Tygheleshurst de Petro de Hasele ut de maritagio Aliciæ quondam uxoris ipsius Nigelli defunctæ. * * Thomas filius dicti Nigelli et præfatæ Aliciæ quondam uxoris suæ est hæres propinquior dicti Nigelli, et est ætatis viginti quatuor annorum. Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 13.*]

24. THOMAS DE WYDEHAYE. *Inq. p. m.*

Juratores dicunt quod Willielmus filius Rogeri Gerlaund', qui Gunnoram sororem prædicti Thomæ de Wydehaye, et Edwardus filius Stephani Fromund' de Wyncestr', qui Margeriam alteram sororem præfati Thomæ, duxerunt in uxores, sunt nepotes et hæredes ipsius Thomæ propinquiores, eo quod idem Thomas obiit sine hærede de se. Et dicunt quod prædictus Willielmus est ætatis triginta annorum et amplius et præfatus Edwardus viginti quinque annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 5.*]

25. ROBERTUS DE WYNINTON'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Robertus de Wyninton' tenuit de Abbate Cestriæ medietatem manerii de Wyninton' die quo obiit in feodo pro homagio et pro decem solidis argenti per annum, et aliam medietatem dicti manerii de Wyninton' per legem Angliæ post mortem Margeriæ uxoris dicti Roberti. * * Dicunt etiam quod Robertus filius prædictorum Roberti et Margeriæ propinquior hæres eorum est de prædicto manerio de Wyninton', et est de ætate triginta annorum. Dicunt etiam super sacramentum suum quod dictus Robertus de Wyninton' post mortem prædictæ Margeriæ duxit in uxorem Matildam filiam Ricardi de Wilburham et hæredem Ricardi fratris sui quæ tenuit in capite de domino Rege medietatem manerii de Lestewyth. * * Dicunt etiam quod prædictus Robertus de Wyninton' tenuit prædicta tenementa post mortem prædictæ Matildæ per legem Angliæ; et dicunt quod Ricardus filius prædictorum Roberti et Matildæ propinquior hæres ejusdem Matildæ est, et fuit de ætate viginti unius anni ad festum Apostolorum Petri et Pauli proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Sancti Valentini Cestr.*]

[*Vide Rot. Fin., 6 Edw. I. m. 4.*]

26. NICHOLAUS DE BARFLET *alias* BARBEFLET. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Nicholai est hæres ejus propinquior et est plenæ ætatis. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 3.*]

27. HUMFRIDUS DE BELLO CAMPO. *Inq. ad q. d.*28. JOHANNES, FILIUS JOHANNIS, DE REDDEMERE *alias* REUMAR. *Inq. p. m.*

Alicia filia prædicti Johannis est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis dimidii anni ad Pentecosten anno supradicto [23^o]. Ebor'.

Johannes de Reddemer, pater prædicti Johannis qui adhuc superstes est, tenuit de prædicto Johanne filio suo 33. acras terræ cum pertinentiis in Esington' ad terminum vitæ. * * Alicia filia ejusdem Johannis propinquior hæres ejus est, et est ætatis unius anni et amplius. [*Inquisitio facta die Sabbati in crastino Epiphaniæ Domini anno 24^o.*]

29. JOHANNES DE LODELAWE *alias* LUDELOWE. *Inq. p. m.*

Bogo filius prædicti Johannis est propinquior hæres, et est ætatis duodecim annorum. Gloucestr'.

Est etiam inquisitio de terris &c. de quibus Isabella quæ fuit uxor dicti Johannis, adhuc superstes, conjunctim feoffata fuit cum præfato Johanne.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.*]

30. PHILIPPUS DE MONTE GOMERI *alias* GOMERY. *Inq. p. m.*

Idem Philippus habuit quandam filiam, nomine Annam, quæ est propinquior ejus hæres, ut dicitur, et fuit ætatis trium annorum ad festum

Paschæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ ante festum Sancti Barnabæ Apostoli.* Lincoln'.

Anna filia prædicti Philippi ejus hæres [est], et erit ætatis quatuor annorum in festo Sancti Michaelis anno Edwardi supradicto [23^o]. Stafford'.

Prædictus Philippus de Monte Gomery desponsavit Feliciam filiam et hæredem Nicholai de Welton'. * * * Dicta Felicia superstes est, ut credunt [juratores]. Sussex'.

Idem Philippus et Felicia uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt manerium de Welton', &c. * * * Anna filia prædictorum Philippi et Feliciæ est ejus propinquior hæres, et ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum fuit ætatis trium annorum. [*Inquisitio facta die Jovis in festo Translationis Sancti Thomæ Martyris.* Northampton'.

31. ADAM LE DESPENSER. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Almaricus Le Despenser est propinquior hæres prædicti Adæ; et dicunt quod est ætatis quadraginta annorum. Gloucestr'.

Almaricus filius prædicti Adæ est ejus hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 11.*]

32. WILLIELMUS LE MOYNE *alias* MOYNGNE. *Inq. p. m.*

Henricus Le Moyne filius prædicti Willielmi propinquior hæres dicti Willielmi est et de ætate quinquaginta annorum. Essex'.

Henricus Le Moyne primogenitus filius prædicti Willielmi Le Moyne defuncti propinquior hæres ejus est, et est de ætate quadraginta annorum et amplius. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 19.*]

33. JOHANNES DE LUVETOT *alias* LOVETOFT, *senior.* *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Lovetot propinquior hæres ejus est et de ætate triginta annorum. Essex'.

Dominus Johannes de Lovetoft, filius dicti Johannis de Lovetoft defuncti, est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum. Surr'.

Johannes de Lovetot junior est filius et hæres dicti Johannis de Lovetot propinquior, et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Suffole'.

Dominus Johannes de Lovetot junior est filius et hæres dicti Johannis propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Suffole'.

Est etiam assignatio dotis Johanne quæ fuit uxor prædicti Johannis Luvetot senioris.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 11.*]

34. WILLIELMUS DE FAUCUMBERGE *alias* FAUKUMBERGE *alias* FAUCONBERGE.
Inq. p. m.

Johannes filius dicti Willielmi de Faukumberge est propinquior hæres ejus, et est de ætate viginti unius anni et amplius. Derby.

Johannes filius dicti Willielmi est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et est de ætate viginti trium annorum et amplius. Nottingham.

[*Vide Rot. Fin. 23 Edw. I. m. 16.*]

35 a. THOMAS DE NORMANVILL' *alias* NORTHEMANVILE. *Inq. p. m.*

Habet unum filium qui propinquior hæres ejus est, qui est ætatis quatuor annorum. Nottingham.

Idem Thomas habet filium et hæredem, et est ætate quatuor annorum, cujus nomen ignorant. Nottingham.

Eadmundus filius prædicti Thomæ est propinquior hæres
. Roteland.

35 b. JOHANNES DE HEYNO *alias* HEYNOU. *Inq. p. m.*

Willielmus de Heynou filius dicti Johannis est ejus hæres propinquior, et est de ætate viginti novem annorum. Southampton.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 10.*]

36. GALFRIDUS DE KNELLE. *Inq. p. m.*

De quibus terris et redditibus prædictis [in Knelle] Robertus Paulyn de Wynchelese habet medietatem per novum statutum pro debitis Mathæi de Knelle patris dicti Galfridi. * * Mathæus de Knelle frater dicti Galfridi est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Sussex.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 13.*]

37. WILLIELMUS DE LASCELES, DE OTERINGHAM'. *Inq. p. m.*

Johannes filius ejus est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta unius anni et amplius. [*Inquisitio facta a^o 24^o.*] Ebor.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 15.*]

38. HENRICUS DEL RE *alias* REE. *Inq. p. m.*

Henricus primogenitus filius dicti Henrici propinquior hæres ejus est et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. [*Inquisitio capta anno 24^o.*] *Dictus Henricus filius Henrici fecit Regi homagium anno 24^o.* Hereford.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 17.*]

39. PHILIPPUS DE LA ROKELE. *Inq. p. m.*

Matilda filia dicti Philippi propinquior hæres ejus est et de ætate decem annorum. Essex.

Matilda filia prædicti Philippi est propinquior hæres ejus, et est ætatis novem annorum et dimidii. Cant.

40. THOMAS DE STOKTON'. *Inq. p. m. deleta.*

.

41. HUGO DE DUTTON', *nuper defunctus. De custodia terrarum secundum consuetudinem comitatus Cestriæ, &c.*

Dicunt [juratores] quod secundum consuetudinem totius comitatus Cestriæ domini feodorum post mortem tenentium suorum custodiam terrarum et tenementorum quæ de eis tenentur per servitium militare usque ad legitimam ætatem hæredum hujusmodi tenentium, licet iidem tenentes alias terras et tenementa in comitatu prædicto vel alibi de domino Rege in capite tenuerint, habere debent et a tempore quo non extat memoria habere consueverunt. * * Hugo filius dicti Hugonis de Dutton' est hæres ejus propinquior et de ætate sexdecim annorum die Conceptionis Beatæ Mariæ proximo præteritæ. [Inquisitio facta die Mercurii post festum Sancti Dunstani.]

Cestr'.

42. ELIAS DE RILLESTON'. *Inq. p. m.*

Propinquoeres hæredes ejusdem Eliæ sunt duæ filiæ suæ, videlicet, Emma et Cecilia, unde primogenita est trium annorum et postgenita trium mensium. [Inquisitio capta die Sabbati post Ascensionem Domini.]

Ebor'.

[Vide Rot. Fin., 6 Edw. I. m. 11.]

43. RICARDUS DE RYEL *alias RYHULL' alias RYE? Inq. p. m.*

Obiit die Lunæ proximo ante festum Sancti Bartholomæi Apostoli anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. * * Quidam Henricus frater ejusdem Ricardi est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti sex annorum.

Northumbr'.

Item, de custodia, ratione minoris ætatis hæredum.

Excellentissimo Principi suo domino Edwardo Regi Angliæ illustri Domino Hiberniæ et Duci Aquitaniæ devoti sui Barones de Scaccario fidele semper obsequium omnimoda reverentia et honore. * * Rotulis et memorandis de scaccario perscrutatis, invenitur in eis quod quidam Gilbertus de Ryhull', antecessor prædicti Ricardi, tenuit prædictam villam de Parva Ryhull' de vobis in capite, reddendo inde vobis per annum viginti solidos de firma per manum vicecomitis Northumbr' et quatuordecim denarios de cornagio: et non invenimus quod vos vel progenitores vestri custodiam inde aliquibus temporibus retroactis post mortem antecessorum ejusdem Ricardi ratione minoris ætatis hæredum eorundem habuistis, sed forte potest esse quia dicti tenentes plenæ ætatis fuerunt post mortem antecessorum suorum, ut intelleximus. De omnibus etiam tenentibus de vobis in capite per cornagium in comitatibus Cumberland' et Westmerland' debetur vobis custodia et maritagium; verumtamen utrum de tenentibus de vobis per cornagium in comitatu Northumbr' debeatur vobis custodia et maritagium nondum invenimus.

[Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 11.]

- * 44. NICHOLAUS DE BONEVILL' *alias BOLEVILL'. Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Nicholai est propinquior hæres ejusdem Nicholai, qui fuit ætatis duorum annorum in festo Omnium Sanctorum proximo præterito. [Inquisitio facta die Jovis post festum Annunciationis Beatæ Mariæ.]

Somerset'.

44. HAWISIA QUÆ FUIT UXOR NICHOLAI DE BONEVILL'. *De manerio suo de Dulverton' in manum Regis capto post mortem prædicti Nicholai.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod eadem Hawisia conjunctim fuit feoffata una cum prædicto Thoma de Pyne primo viro suo ad vitam ipsius Thomæ et Hawisiæ. * * Item dicunt quod prædicta Hawisia continuavit seisinam suam cum prædicto Nicholao de Bonevile secundo viro suo usque ad obitum ejusdem Nicholai, donec prædictum manerium captum fuit in manum ipsius domini Regis ratione mortis prædicti Nicholai secundi viri ejusdem Hawisiæ. Somerset'.

45. ALICIA LA VAVASSUR *alias* VAVASUR. *Inq. p. m.*

Dominus Willielmus Le Vavasur filius prædictæ Aliciæ est propinquior ejus hæres, et est ætatis triginta annorum et amplius. Lincoln'.

46. GILBERTUS DE HIPPETOFT. *Inq. p. m.*

Præfatus Gilbertus tenuit quasdam terras et tenementa cum pertinentiis in Algerkyrk' die quo obiit de dono Hawisiæ de Hippetoft quondam matris suæ. * * * Adam, Lambertus et Robertus, filii ipsius Gilberti, sunt propinquiores hæredes sui: et prædictus Adam erit ætatis quindecim annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo futurum; et prædictus Lambertus fuit ætatis undecim annorum ad festum Sancti Lamberti proximo præteritum; et prædictus Robertus ætatis novem annorum ad festum Ascensionis Domini proximo præteritum. *Idem Gilbertus reddidit Rogero de Bermyngeham fratri suo in tota vita sua 50s. [Inquisitio facta die Dominica post festum Omnium Sanctorum.]* Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 7.*]

- 47 a. JOHANNES DE SANCTA ELENA. *Inq. p. m.*

Beatrix uxor Egidii de Brewouse est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis viginti et trium annorum et amplius. Berk'.

Summa valoris totius manerii [de Crawelle] 16*l.* 8*s.* 6½*d.*; de quibus debentur Elizabeth quæ fuit uxor Thomæ de Breaute annuatim nomine dotis 100*s.* * * Beatrix uxor Egidii de Brewouse est hæres propinquior prædicti Johannis et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 11.*]

- 47 b. JOHANNES, FILIUS JOHANNIS, LA VEYLLE *alias* VELYE *alias* VEYLEYE. *Inq. p. m.*

Reginaldus filius Beatricis La Velie defunctæ sororis quondam domini Johannis La Velye defuncti, patris dicti Johannis La Velye qui nunc obiit sine hærede de se procreato, propinquior hæres est prædicti Johannis La Velye et ætatis viginti sex annorum. Norfolk'.

Johannes filius Johannis La Velye obiit die Sabbati proxima post Purificationem Beatæ Mariæ proximo præterito.

Prædictus Johannes La Velye et Margeria quæ fuit uxor Johannis, quæ adhuc superstes est, tenuerunt conjunctim die quo idem Johannes obiit quasdam terras et tenementa in Honyngg'. Norfolk'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 11.*]

48. BERTRAMUS DE CRIOLL' *alias* CRIOLIS. *Inq. p. m.*

Prædictus Berterammus tenuit die quo obiit manerium de Tirlingham cum pertinentiis, quod est de hæreditate Elienoræ quondam uxoris ejusdem Berterammi, adhuc superstitis, de domino Rege in capite.
* * Johannes filius prædicti Berterammi est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta quatuor annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 14.*]

49. WILLIELMUS DE SAY. *Inq. p. m.*

Galfridus filius prædicti Willielmi de Say est ejus hæres propinquior et de ætate quatuordecim annorum. Cant'.

Galfridus de Say est filius et hæres prædicti Willielmi de Say, et est ætatis sexdecim annorum. Sussex'.

Est etiam assignatio dotis Elizabethæ quæ fuit uxor prædicti Willielmi.

50. ROGERUS BAYNARD. *Inq. p. m.*

Thomas Baynard, filius Ricardi Baynard fratris senioris dicti Rogeri Baynard, propinquior hæres est dicti Rogeri et de ætate viginti duorum annorum et amplius. Essex'.

Dicunt etiam [juratores] quod idem Rogerus aliquando tenuit de domino Rege in capite in Parva Maldon' 70 acras terræ arabilis, &c.

* Quas quidem terras et tenementa dictus Rogerus dedit cuidam Henrico de Cobeham et Margaretæ uxori suæ filiæ dicti Rogeri, habendas et tenendas dictas terras et tenementa dicto Henrico et Margaretæ uxori suæ et hæredibus de se ipsis procreatis. * *

Dicunt etiam quod Thomas Baynard, filius Ricardi Baynard fratris dicti Rogeri, propinquior hæres est dicti Rogeri et de ætate viginti duorum annorum. Dicunt etiam quod idem Rogerus tenuit de domino Rege in capite per legem Angliæ ad terminum vitæ in Parva Maldon' * * Dicunt etiam quod dictus Rogerus Baynard dictas terras et tenementa de Parva Maldon', quas tenuit ad terminum vitæ per legem Angliæ, dedit cuidam Henrico de Cobeham et Margaretæ uxori suæ, habendas et tenendas dictis Henrico et Margaretæ et hæredibus eorum de se procreatis, quæ quidem Margareta obiit sine hærede de corpore suo procreato, et dictus Henricus in plena vita [fuit]. * *

Dicunt etiam quod Thomas Fillol propinquior hæres est dictarum terrarum et tenementorum, quæ Rogerus Baynard' tenuit ad terminum vitæ per legem Angliæ, ratione sanguinis dictæ Margaretæ, cujus hæres ipse est, et de ætate viginti sex annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 9.*]

51. HENRICUS STURMY *alias* STORMY *alias* LE ESTORMI *alias* ESTURMY. *Inq. p. m.*

Henricus Le Estormi filius prædicti Henrici est propinquior hæres ejus et de ætate triginta annorum et amplius. Wigorn'.

Henricus filius dicti Henrici est hæres ejus propinquior et ætatis viginti octo annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 20.*]

52. ANSELMUS DE GYSE *alias* GISE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johannes filius prædicti Anselmi est hæres ejus propinquior et de hæreditate octodecim annorum: sed dicunt [quod] istud manerium [apud La Ruehille] est divisibile et omnes filii dicti Anselmi sunt hæredes, sed de ætate cæterorum filiorum ignorant.
Cant'.

Johannes de Gyse filius prædicti Anselmi est propinquior hæres ejusdem Anselmi, et fuit ætatis decem et septem
. Barnabæ Apostoli anno prædicti Regis Edwardi
vicesimo secundo. Gloucestr'.

Dictus Anselmus obiit septimo die Februarii anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Bedford'.

53. ROBERTUS MALET. *Inq. p. m.*

Robertus filius prædicti Roberti Malet propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti et duorum annorum et amplius. Berk'.

Robertus Malet filius primogenitus prædicti Roberti est hæres propinquior ipsius Roberti et ætatis viginti quinque annorum et amplius. Oxon'.

Robertus filius Roberti Malet defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate viginti octo annorum ad festum Nativitatis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Sabbati in vigilia Pentecostes.*] Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 13.*]

54. JOHANNES DE STEYNGREVE *alias* STAYNGRIF. *Inq. p. m.*

Isabella filia dicti Johannis de Steyngreve defuncti propinquior hæres ejus est et de ætate viginti quatuor annorum, de qua Simon de Pateshulle legitime prolem procreavit. Essex'.

Dicunt [juratores] suum quod dictus Johannes obiit die Mercurii proximo ante festum Sancti Marci Evangelistæ anno prædicto [23^o] quod tenuit manerium de Caysho cum pertinentiis in capite de domino Rege per legem Angliæ.
* * * Isabella filia dicti Johannis de Steyngreve, uxor Simonis de Pateshull', est hæres ejusdem Johannis propinquior et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Bedford'.

Præfatus Johannes tenuit 36 bovatas terræ et medietatem cujusdam molendini aquatici cum pertinentiis in Fryseby de Ricardo Folyot, quas quidem terras et tenementa Jordanus Folyot, pater prædicti Ricardi, dedit Simoni de Steyngreve, patri prædicti Johannis, in liberum maritagium cum Beatrice filia ejus. * * Isabella filia prædicti Johannis, quam Simon de Pateshull' duxit in uxorem, est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Lincoln'.

Est etiam Breve de inquirendo utrum Isabella filia et hæres ipsius Johannis sit hæres propinquior Idæ que fuit uxor prædicti Johannis de terris et tenementis que idem Johannes tenuit per legem Angliæ post mortem ejusdem Idæ. [Inquisitio non apparet.]

[*Vide Rot. Fin., 6 Edw. I. m. 9; et 23 Edw. I. m. 10.*]

55. JOHANNA DE MORTEYN. *Inq. p. m.*

Johanna uxor Alexandri de Frivile et Radulphus filius Radulphi Le Botiler, qui est filius Matildæ sororis prædictæ Johannæ, sunt propinquiores hæredes prædictæ Johannæ de Morteyn, et sunt plenæ ætatis. Salop'.

Dicunt etiam prædicti juratores quod Johanna uxor Alexandri de Fryevile, filia Mazeræ sororis Johannæ de Morteyn antiquioris, et Radulphus de Botiler, filius Matildæ sororis postnatæ Mazeræ sororis prædictæ Johannæ de Morteyn, sunt propinquiores hæredes ejusdem Johannæ de Morteyn et plenæ ætatis. Dicunt etiam quod Philippus Marmyon, pater prædictorum Johannæ Mazeræ et Matildæ, habuit quandam filiam, nomine Johannam, de secunda uxore sua procreatam quæ adhuc est in custodia domini Regis ratione minoris ætatis suæ, sed ignorant utrum partem habere debeat de hæreditate prædictæ Johannæ de Morteyn, necne. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin., 20 Edw. I. m. 14 et m. 13; et 24 Edw. I. m. 20.*]

56. URIANUS DE SANCTO PETRO. *Inq. p. m.*

Dictus Urianus ratione Margaretæ quæ fuit uxor ejusdem Uriani, adhuc superstitis, una cum dicta Margareta tenuit manerium de La Hide die quo idem Urianus obiit, de quo manerio Rogerus nunc Coventr' et Lichfeld' Episcopus præfatam Margaretam per tres annos et amplius priusquam dicto Uriano fuit desponsata feoffavit, tenendo sibi et hæredibus ipsius Margaretæ. Stafford'.

Urianus filius Johannis filii prædicti Uriani de Sancto Petro est propinquior hæres dicti Uriani, et est ætatis sexdecim annorum.

Derb'.

Dicunt [juratores] quod Urianus de Sancto Petro die quo obiit tenuit de domino Rege in capite unam carucatam terræ in dominico in Malopassu et quartam partem advocationis ecclesiæ ejusdem villæ de proparte quartæ partis cujusdam Idoneæ quondam uxoris suæ filiæ et unius hæredum David de Malopassu ipsam Idoneam contingentis, et post mortem cujus Idoneæ idem Urianus usque ad diem obitus tenuit per legem Angliæ, ratione propartis ipsius Idoneæ, quartam partem baroniæ prædictæ. * * Quidam Urianus filius Johannis filii hæredis Idoneæ suprascriptæ est hæres propinquior ipsius Uriani, et est ætatis sexdecim annorum torum in festo Sancti Dunstani u Cestr'.

[*Vide etiam a^o 25 Edw. I. n^o 17.*]

57. ROGERUS DE LEUKENORE. *Inq. p. m.*

Thomas de Leukenore filius prædicti Rogeri est ejus propinquior hæres et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Northampton'.

Thomas de Leukenore est filius et hæres Rogeri de Leukenore, et est ætatis viginti quinque annorum. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 3.*]

58. RIRITH AB EYNON. *Extenta terrarum que fuerunt dicti Ririth et terra que vocatur Brimbanon in Northwall in manu Regis existentium tanquam eschaeta.*

59. ROGERUS DE MOELES *alias* MOLIS *alias* MEOLES *alias* MELES. *Inq. p. m.*

Johannes de Meoles filius ejusdem Rogeri est propinquior hæres ejusdem, et fuit primo die Marcii proximo præterito de ætate viginti sex annorum. [*Inquisitio facta die Dominica post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Devon'.

Johannes de Moeles filius prædicti Rogeri de Moeles defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate viginti quinque annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo præteritæ. [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sanctæ Margaretæ Virginis.*] Buckingham'.

Johannes de Meles filius primogenitus prædicti Rogeri est hæres propinquior ipsius etatis viginti sex annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 11.*]

60. ROBERTUS DE GREY *alias* GRAY *alias* LE GRAY. *Inq. p. m.*

Johannes Le Gray est filius et propinquior hæres dicti domini Roberti Le Gray, et est de ætate viginti trium annorum et plus. *Quædam Isabella de Gray dotata est.* Ebor'.

Johannes de Grey filius primogenitus prædicti Roberti est hæres propinquior ipsius Roberti, et est ætatis viginti et octo annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 12; et 19 Edw. I. m. 9.*]

61. RADULPHUS DE GOUSHILL' *alias* GOUSEL' *alias* GOUSHULL', FILIUS PETRI DE GOUSHILL'. *Inq. p. m.*

Quædam Margareta filia ipsius Radulphi est propinquior ejus hæres, et erit ætatis dimidii anni ad festum Sancti Martini proximo futurum. [*Inquisitio facta die Martis ante festum Sancti Martini a^o 22^o.*] Lincoln'.

Dicunt [juratores] quod idem Radulphus habuit quandam filiam de Hawisia filia domini Fulconis filii Warini quam desponsaverat, quæ est propinquior ejus hæres, ut dicitur. De nomine ejusdem filiæ et ejus ætate ignorant. Lincoln'.

Margareta filia Radulphi de Gousel propinquior hæres ejus est, et erit ætatis unius anni die Ascensionis Domini anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Ebor'.

Est etiam assignatio dotis Hawisicæ quæ fuit uxor Radulphi de Gousill' facta anno 24^o.

62. THOMAS DE MULTON', DE GILLESLAND'. *Inq. p. m.*

Thomas de Multon' est filius et hæres dicti Thomæ de Multon' propinquior, et erit ætatis tredecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo futurum. [*Inquisitio facta 24^o die Maii.*] Suffol'.

Quidam Thomas filius prædicti Thomæ ultimo defuncti est propinquior hæres, et erit ad Gulam Augusti proximo sequentem post confectionem istius extentæ ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio facta die Martis post festum Pentecostes.*] Cumbr'.

Item, de manerio de Kirkeoswald' de quo Isabella quæ fuit uxor ipsius Thomæ conjunctim feoffata fuit.

Dominus Thomas de Multon' pater prædicti Thomæ feoffavit prædictum Thomam filium suum et prædictam Isabellam de manerio de Kirkeoswald' cum pertinentiis, exceptis parco et 'advocatione ecclesiæ ejusdem manerii, per chartam suam, tenendo prædictis Thomæ et Isabellæ et hæredibus de corporibus eorundem exeuntibus, anno regni Regis Edwardi octavo, videlicet, ante matrimonium inter eos celebratum, et ab illo tempore eadem Isabella cum præfato Thoma viro suo seisinam suam continuavit usque ad diem obitus ejusdem Thomæ. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 11.*]

63. JOHANNES DE HASTINGES—*pro JOHANNE FILIO NICHOLAI DE HASTINGES Inq. ad q. d.*

64. ABBAS DE MELSA—*pro ABBATE ET CONVENTU DE GRIMESBY. Inq. ad q. d.*

65. WILLIELMUS DE ODDINGESELES, *defunctus. De terris, &c. de quibus Ela quæ fuit uxor ipsius Willielmi conjunctim feoffata fuit.*

Prædicta Ela quæ fuit uxor prædicti Willielmi de Oddyngeseles conjunctim feoffata fuit de manerio de Olton' et de quibusdam terris et tenementis in Solyhulle una cum prædicto Willielmo marito suo.
* * Et prædicta Ela fuit in plena et pacifica seisina prædictorum tenementorum per quatuor annos et dimidium ante mortem prædicti Willielmi, et usque ad diem obitus sui seisinam suam continuavit in eisdem tenementis et hucusque continuat. Warewic'.

66 (a). DOMINUS REX. *Extenta manerii de Ewelowe.*

66 (b). DOMINUS REX. *Extenta medietatis commoti de Wenyonet vel Gwynnehoyt.*

67. DOMINUS REX. *Extenta villæ de Moston'.*

68. CADOGANN AB HENRY, LEWELINUS DU AB RYS ET JENEF AB MADAUT, *interfecti contra pacem Regis. Extentæ terrarum suarum.*

69. WILLIELMUS GRYVEL, *defunctus. De balliva in foresta de Galtres.*

70. ROBERTUS LE CHAUMBERLEYN ET PETRONILLA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

71. JOHANNES DE MAUNDEVILL' ET ALICIA DE TINTEN'. *De sectis et libertatibus in villa de Lym. Dorset'.*

72. MAGISTER JOHANNES DE CADAMO DECANUS LIBERÆ CAPELLÆ REGIS DE STAFFORD'. *Inq. ad q. d.*

73. RICARDUS PRAT, *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Prædicta terra [quam idem Ricardus tenuit in Kyvelingworth' Rabaz] tenetur de Agneta, Gunnilda, Emma, Basilia et Mariota, filiabus et hæredibus Thomæ Reynaud, de Kyvelingworth'. Leicestr'.

74. ADAM DE THORP'. *Inq. ad q. d.*

75. WILLIELMUS LE MARESCHAL ET ALICIA UXOR EJUS, *defuncti*. *Extenta terrarum quæ sunt in manu Regis tanquam eschaeta.*
76. JOHANNES FILIUS SARRÆ DE EVENEFELD, *utlagatus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
77. PHILIPPUS DE KYME — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BOLINGTON'. *Inq. ad q. d.*
78. FRATRES MINORES DE KERMERDYN. *Inq. ad q. d.*
79. GALFRIDUS DE TERHULL', *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
80. OLIVERUS DE PUNCHARDON'. *Inq. ad q. d.*
81. ABBAS ET CONVENTUS DE HAGHEMAN. *Inq. ad q. d.*
82. THOMAS DE LA HOLTE, *suspensus*. [*Breve tantum.*] *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
83. HENRICUS FILIUS MILISENTÆ DE LA GRENE, *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
84. ROBERTUS THE BROCHERE, *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent. Tenuit terram in capite de Elena, Cecilia et Matilda, filiabus Roberti Attewere de Edeninghale.*
85. JOHANNES DE EVESHAM — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE LEDES. *Inq. ad q. d.*
86. LODEWICUS DE LA POLE, *defunctus*. *De terris quæ assignatæ fuerunt in dotem Isabellæ uxori ejus superstiti.*
 Lodewycus filius Griffini de La Pole die quo desponsavit Sibillam uxorem suam dedit eidem Sibillæ, ex voluntate et assensu Audoeni [de La Pole] fratris sui et in sua præsentia, manerium de Gerzgenon et totam terram de Meyheyn Usquecoyt cum pertinentiis ad ostium ecclesiæ, habendam in dotem pro omnibus aliis terris et tenementis de quibus idem Lodewycus fuit seisisus die quo obiit. Salop'.
 [*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 8.*]
87. JOHANNES EPISCOPUS KARLEOLI. *Inq. ad q. d.*
88. PRIOR ET CONVENTUS DE MERTON'. *Inq. ad q. d.*
89. WILLIELMUS DE ASKEBY, *qui pro feloniam regnum abjuravit*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
90. ROBERTUS DE SWYLINGTON'. *Inq. ad q. d.*
91. ROBERTUS COLE, *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
92. HERBERTUS DE CALNE *alias* CAUNNE, *defunctus*. *De manerio quod assignatum fuit in dotem Galienæ uxori ejus superstiti.*
 Prædictus Herbertus assignavit eidem Galienæ uxori suæ ad ostium ecclesiæ prædictum manerium de Bromleye cum pertinentiis in dotem die quo ipsam desponsavit. Dorset'.

93. GERVASIUS AVENEL, *latro. De terris suis in manum Regis captis.*
Tenuit de Gwischardo filio Gwischardi de Charon et Alicia uxore ejus
usque ad legitimam aetatem Matildæ filiae et hæredis Ricardi de
Sadlistanes. Northumbr'.
94. GILBERTUS DE BLIDA, *capellanus—pro MAGISTRO WILLIELMO DE BLIDA
PERSONA ECCLESIAE DE PRESTON' IN HOLDERNESSE. Inq. ad q. d.*
95. ABBAS ET CONVENTUS DE RUPE—*pro RICARDO DE FURNEUS. Inq.
ad q. d.*
96. HENRICUS FILIUS AUGERI — *pro FRATIBUS PRÆDICATORIBUS SARUM.
Inq. ad q. d.*
97. WALTERUS LE BOTILLER—*pro CAPELLA BEATÆ MARIÆ RIPON'. Inq.
ad q. d.*
98. ELYAS LE COYLTHER—*pro PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI AUGUS-
TINI OXON'. Inq. ad q. d.*
99. JOHANNES DE LA MARE. *Inq. ad q. d.*
100. RICHERUS CANONICUS ECCLESIAE SANCTÆ TRINITATIS CICESTR' — *pro
DECANO ET CAPITULO EJUSDEM ECCLESIAE. Inq. ad q. d.*
101. *Deest. —*
102. RICARDUS DE GEYTHILL' — *pro ABBATE ET CONVENTU DE COVERHAM.
Inq. ad q. d.*
103. MAGISTER JACOBUS DE SANCTO GEORGIO ET MAGISTER RICARDUS
INGENIATOR REGIS. *De valore mueremii per eos ad opus Regis
capti.*
104. THOMAS FILIOL—*pro ALICIA DE WOKENDON'. Inq. ad q. d.*
105. WILLIELMUS BELET—*pro RICARDO DE GLOUCESTR'. Inq. ad q. d.*
106. JOHANNES CROK', *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui
ad Regem pertinent.*
107. THOMAS HEREFORD' EPISCOPUS, *defunctus. De servitio militari anno
regni Regis 10^o facto.*
108. NICHOLAUS RAVEN — *pro PRIORE ET CONVENTU ECCLESIAE CHRISTI
CANTUAR'. Inq. ad q. d.*
109. ADAM FILIUS THOMÆ DE BEDEWORTHE, *suspensus. De anno et die qui
ad Regem pertinent.*
110. ROBERTUS FILIUS RADULPHI DE SIDEGRENES, *suspensus. De hæreditate
Elenæ uxoris ejus superstitis.*
Messuagium predictum et quatuor acrae terræ predictæ [in Lee] sunt
de hæreditate predictæ Elenæ, et predicta Elena seisita fuit de
predictis messuagio et terra, die quo predictus Robertus filius
Radulphi quondam vir suus feloniam predictam fecit per quod sus-
pensus fuit, ut de hæreditate sua. Lancastr'.
- [*Vide a^o 22^o Edw. I. n^o 86.*]

111. MAGISTER ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI NICHOLAI EBOR'. *Inq. ad q. d.*
112. GILBERTUS CICESTRÆ EPISCOPUS—*pro* ECCLESIA SANCTÆ TRINITATIS CICESTR'. *Inq. ad q. d.*
113. *De anno 33 Edw. I. n° 270.*
114. OLIVERUS LINCOLN' EPISCOPUS—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*
115. GERMANUS HAY—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE SANCTO OSWALDO. *Inq. ad q. d.*
116. RADULPHUS DE VERNUN. *Inq. ad q. d.*
117. JOHANNES LE GROS DE NORTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU ECCLESIE SANCTÆ TRINITATIS NORWIC. *Inq. ad q. d.*
118. JOHANNES PORTEHORS — *pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS SANCTÆ RADEGUNDIS DE CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*
119. HAMO STRECHE. *De damno quod ipse sustinuit occasione viæ ad castrum Cestriæ factæ.*
120. ROBERTUS DE HEWELL'—*pro* FRATRIBUS DE ORDINE SANCTI AUGUSTINI LONDON'. *Inq. ad q. d.*
121. HUGO BARDOLF'. *Inq. ad q. d.*
122. JOHANNES LYGHTFOT — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE DORE. *Inq. ad q. d.*
123. JOHANNES DE HURLE *alias* HURTLE — *pro* ABBATISSA ET MONIALIBUS DE POLLESWORTH'. *Inq. ad q. d.*
124. RICARDUS DE SENGELTON'—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE SANCTÆ TRINITATIS CICESTR'. *Inq. ad q. d.*
125. ABBATISSA DE WHEREWELLE. *Inq. ad q. d.*
126. WILLIELMUS DE STALHAM — *pro* ABBATE SANCTI BENEDICTI DE HULMO. *Inq. ad q. d.*
127. JACOBUS BYROUN *alias* DE BYRUN — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS DE ARMESTON'. *Inq. ad q. d.*
128. WILLIELMUS PAYFORER — *pro* JOHANNE DE NORTHWODE ET JOHANNA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
129. ABBAS ET CONVENTUS DE LANGEDON'. *Inq. ad q. d.*
130. WILLIELMUS DE ODDINGESELES. *Inq. p. m.*
 Edmundus de Oddingeseles est filius et hæres propinquior ipsius Willielmi defuncti, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Hertford'.
 Dicunt [juratores] quod die quo prædictus Willielmus obiit Edmundus filius ejus fuit propinquior hæres ipsius Willielmi et plenæ ætatis,

qui nunc mortuus est. Et dicunt quod idem Edmundus habuit quatuor sorores, scilicet, Idam, Elam, Aliciam et Margaretam. Et illa Margareta est junior et fuit ætatis octodecim annorum ad Pentecosten proximo præteritum. Et dicunt quod istæ quatuor sorores sunt propinquiores hæredes. [*Inquisitio capta die Martis post festum Sanctæ Trinitatis.*] Warewic'.

131. JOHANNES DE WALHOPE *alias* WALHOPP'. *Inq. p. m.*

Willielmus de Walhope frater dicti Johannis propinquior hæres ejus est et de ætate viginti trium annorum. [*Inquisitio capta die Veneris post festum apostolorum Petri et Pauli.*] Dublin'.

Edwardus Dei gratia &c. * Ex parte Willielmi de Walhope nobis est ostensum quod cum nuper post mortem Johannis de Walhope, fratris ejusdem Willielmi qui de nobis tenuit in capite, omnes terras et tenementa de quibus idem Johannes fuit seisitus in dominico suo ut de feodo in terra nostra Hiberniæ die quo obiit capi fecerimus in manum nostram, et custodiam terrarum et tenementorum illorum ac Alianoræ et Margaretæ filiarum et hæredum prædicti Johannis infra ætatem existentium concesserimus Willielmo de Dodyngeseles jam defuncto; * * ac nos, præfatis Alianora et Margareta sine hæredibus de corporibus suis procreatis in fata decedentibus, post mortem prædictæ Margaretæ quæ posterius obiit, et in quam feodum et liberum tenementum terrarum et tenementorum prædictorum totaliter quievit, iterato capi fecerimus in manum nostram. Præfatus Willielmus coram vobis [eschaectore] accedens et asserens se fratrem esse prædicti Johannis et avunculum et hæredem prædictæ Margaretæ petiit sibi de terris et tenementis illis tanquam de hæreditate sua justiciam exhiberi, &c. * * *Teste 7º die Augusti aº 23º.*

Juratores dicunt super sacramentum suum quod dominus Rex feoffavit Johannem Walhopp' de quinque carucatis terræ. * * Et post obitum præfati Johannis descendebant prædictæ terræ [in Hiberniâ] Alianoræ et Margaretæ filiarum et hæredibus suis, quarum custodiam habuit dominus Willielmus de Dodyngzeles ex dono domini Regis. Mortua autem prædicta Alianora, descendebant prædictæ terræ prædictæ Margaretæ sorori suæ quæ similiter infra ætatem obiit inde seisita. * * Et dicunt quod Willielmus de Walhopp' qui nunc petit prædictas terras fuit frater Johannis Walhopp' prædicti legitimus et propinquior hæres prædictæ Margaretæ, ut credunt. Et dicunt quod prædictus Willielmus Walhopp' est plenæ Dublin'.

[*Vide Rot. Fin., 28 Edw. I. m. 11.*]

132. NICHOLAUS PECHE. *Inq. p. m.*

Prædictus Nicholaus obiit seisitus ut de hæreditate Sabinæ uxoris suæ 'adhuc superstitis' de * * Prædictus Nicholaus nihil habuit nisi per Sabinam uxorem suam. Somerset'.

[*Vide Rot. Fin., 17 Edw. I. m. 7.*]

†133. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE OXEYE. *De vasto et venditione factis in manerio de Oxeye, quod eadem Johanna tenet ad terminum*

vita suæ de hæreditate Willielmi Tolimer et Margaretae uxoris Johannis filii Galfridi, ad exhæredationem dictorum Willielmi et Margaretae.

† 134. JOHANNES CROK' qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.

† 135. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR SIMONIS DE BELLO CAMPO. *Inq. p. m.*

Dicunt tamen [juratores] quod dicta Isabella tenuit die quo obiit manerium de Wottone cum pertinentiis in dotem per assignationem dicti Simonis viri sui per assensum et voluntatem Willielmi de Bello Campo patris prædicti Simonis. Et tenuit illud manerium de hæredibus Baroniae de Bedeford'. * * De hæredibus dictæ Baroniae dicunt per sacramentum suum quod Rogerus filius Matildæ de Moubray sororis prædicti Simonis ætatis triginta annorum et amplius, Johanna uxor Radulphi Paynel filia Elæ sororis prædicti Simonis ætatis triginta annorum, Isabella uxor Simonis de Pateshulle filia Idæ filiae prædictæ Elæ ætatis viginti quatuor annorum, Elizabet uxor Johannis de Horbur filia prædictæ Elæ ætatis triginta quatuor annorum, sunt participes hæreditatis prædictæ una cum hæredibus Beatricis quondam sororis prædicti Simonis de corpore ipsius Beatricis exeuntibus; de qua Beatrice sic dicunt, quod dicta Beatrix primo fuit desponsata Thomæ filio Otonis qui suscitavit de eadem Beatrice quendam filium, Otonem nomine, jam defunctum et quendam filiam, Matildam nomine, uxorem Johannis Boutetourte superstitem ætatis viginti sex annorum. Et dicunt quod defuncto prædicto Thoma, maritata fuit prædicta Beatrix domino Willielmo de Monte Caniso de Edwardestone, qui de ipsa Beatrice suscitavit quendam filium, Willielmum nomine, superstitem ut creditur, qui si vivat est ætatis duodecim annorum et amplius. Et quia prædictus Oto filius prædictæ Beatricis supervixit prædictam Beatricem matrem suam, ideo dubitant juratores utrum hæres prædictæ Beatricis de primo viro genitus vel hæres ejusdem de secundo viro genitus, ut prædicatur, sit hæres prædictæ Beatricis Baroniae prædictæ ad quem dictum manerium una cum prædictis hæredibus debet reverti per mortem prædictæ Isabellæ. Bedford'.

Est etiam Breve (1º Februarii aº 24º) de homagio Johannis Boteturte, qui in Vasconia regis obsequiis immoratur quique Matildam consanguineam et unam hæredum Simonis de Bello Campo duxit in uxorem, ponendo in respectum usque ad adventum ipsius Johannis de partibus Vasconia, pro proparte ipsam Matildam contingente de manerio de Wutton' per mortem prædictæ Isabellæ.

[Vide Rot. Fin., 3 Edw. I. m. 7; et 30 Edw. I. m. 10.]

† 136. BRIANUS DE BROMPTON'. *Inq. p. m.*

Margareta et Elizabet filiae dicti Briani sunt ejus hæredes propinquiores. Et dicta Margareta fuit in Vigilia Apostolum Simonis et Judæ anno regni Regis Edwardi vicesimo secundo de ætate unius anni. Et prædicta Elizabet filia dicti Briani fuit de ætate quinque septimanarum die Jovis proxima ante Conversationem Sancti Pauli anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Salop'.

† 137. LUCIA FILIA ET HÆRES ROBERTI DE TWENGE ET CONSANGUINEA ET HÆRES MARMADUCI DE TWENGE *defunctorum*. *Probatio ætatis capta die Jovis post festum Sancti Gregorii Papæ anno 23°.*

Prædicta Lucyia nata fuit apud Kylton' in Clyveland' die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum anno regni Regis Edwardi septimo, et die Dominica proxima sequente baptizata in capella Sancti Petri ejusdem villæ per Alanum Capellanum Marmaduci de Twenge militis, præsentibus domino Ricardo de Twenge, Petro Mariscallo, Ricardo Le Estyvor, Lucyia uxore Marmaduci de Twenge et Marjoria de Brus; et fuit ætatis quindecim annorum die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum anno regni Regis Edwardi vicesimo secundo, et erit ætatis sexdecim annorum die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Ebor'.

† 138. WILLIELMUS DE CLAMBERGE. *Extenta terre quæ fuit ipsius Willielmi quam Rex concessit Willielmo de Horton', dudum Cissori Alianoræ quondam Regine Angliæ Consortis Regis, ad vitam suam.*

* 139. GILBERTUS DE RUDYNGHULL', *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

24° Edw. I.

1. *Deest*. [ROBERTUS DE MARISCO.]

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 20.* Quia Robertus de Marisco qui de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est Johanni de Lithegrenes Eschaetori Regis ultra Trentam, &c.

Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 16. Rex cepit fidelitatem Roberti de Marisco filii et hæredis Roberti de Marisco de comitatu Ebor' defuncti, de omnibus terris et tenementis quæ idem Robertus pater suus tenuit de Rege in capite die quo obiit, &c.]

2. MATHIAS DE BESYLLES. *Inq. p. m.*

Prædictus Mathias tenuit manerium de Brunptone Regis de domino Rege per servitium quartæ partis unius feodi militis de hæreditate Elizabethæ uxoris suæ. * * Galfridus primogenitus filius ipsius Mathiæ est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis viginti annorum ad Purificationem Beatæ Mariæ Virginis anno regni Regis Edwardi vicesimo quarto. Somerset'.

Prædictus Mathias nihil tenuit in comitatu prædicto die quo obiit nisi novem libratas annui redditus exeuntes de manerio de Roccote de quo per longum tempus 'ante mortem suam' feoffavit Johannem Wogan ad totam vitam ipsius Johannis per cognitionem Elizabethæ uxoris ipsius Mathiæ de cujus hæreditate est. * * Prædicta Elizabetha quæ fuit uxor prædicti Mathiæ est hæres totius manerii prædicti et ætatis quadraginta annorum et amplius. Oxon'.

3. EDMUNDUS SPYGURNEL *alias* ESPYGURNEL. *Inq. p. m.*

Johannes Espigurnel frater prædicti Eadmundi propinquior hæres ejus est, et transivit etatem quadraginta annorum. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.*]

4. WILLIELMUS DE NEWAL *alias* NEUHALE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Willielmus de Neuhale non tenuit aliquas terras nec aliqua tenementa de domino Rege neque de aliquo alio die quo obiit, quia dicunt quod idem Willielmus per triennium ante mortem suam feoffaverat Rogerum de Alewoldeley de uno messuagio et viginti et septem acris terræ cum pertinentiis in Neuhale tenendis eidem Rogero et hæredibus suis imperpetuum. Et dicunt quod eadem tenementa sunt nunc in seisinâ domini Regis per mortem prædicti Rogeri, qui illa tenuit de domino Rege per servitiâ in Inquisitione contenta de terris et tenementis ipsius Rogeri facta [*vide n° 50 hoc anno*], ratione Johanna, Margaretæ, Aliciæ et Anabillæ, filiarum et hæredum ipsius Rogeri infra ætatem et in custodia domini Regis existentium. Et dicunt quod prædictus Willielmus de Neuhale fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de prædictis tenementis die quo Anabillam uxorem suam desponsavit quæ istam inquisitionem sequitur; ita quod ipsam inde tare potuit; unde dicunt quod idem Willielmus non habuit aliqua alia tenementa die quo obiit nec die antea. [*Inquisitio facta die Mercurii post Clausum Paschæ.*] Ebor'.

5. MATILDA DE BROM. *Inq. p. m.*

Robertus de Brom est filius et propinquior hæres prædictæ Matildæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.*]

6. WILLIELMUS DE LEVERESDALE, *qui tenuit de hærede Thomæ de Multon' de Gillesland' infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*

Thomas de Leveresdale filius ejus et hæres est, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 8.*]

7. ODO DE COMPTONE *alias* CUMPTON'. *Inq. p. m.*

Adam de Compton' filius prædicti Odonis propinquior hæres ejus est et ætatis viginti sex annorum. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.*]

8. JORDANUS DE KINGESTON'. *Inq. p. m.*

Jordanus filius Willielmi de Kingeston' filii dicti Jordani defuncti' est propinquior hæres dicti Jordani, et est ætatis viginti quinque annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.*]

9. EDMUNDUS FYTON' *alias* FYTOUN. *Inq. p. m.*
 Johannes Fytoun filius prædicti Edmundi est propinquior hæres ejus,
 et die Sancti Botulphi proximo futuro erit de ætate viginti duorum
 annorum. Ebor'.
 [Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 13.]
10. WILLIELMUS DE CARTHORP' *alias* CARETORP'. *Inq. p. m.*
 Johannes filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et fuit
 ætatis viginti duorum annorum ad Pascha proximo elapsum. [*In-*
quisitio facta die Mercurii post festum Sancti Augustini.] Ebor'.
 Johannes filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et fuit
 ætatis ad festum Paschæ proximum elapsum viginti et unius annorum
 et amplius. [*Inquisitio facta die Mercurii ante festum Sancti*
Willielmi Archiepiscopi Ebor'.] Ebor'.
 [Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 7.]
11. PETRONILLA DE BEAUMES *alias* BELLO MANSO. *Inq. p. m.*
 Malcolmus de Bello Manso filius et hæres dictæ Petronillæ propinquior
 hæres ejus est et de ætate viginti quatuor annorum. Essex'.
 [Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 19.]
12. JOHANNES DE COGGESHALE *alias* COGESALE. *Inq. p. m.*
 Johannes filius dicti Johannis propinquior hæres ejus est et ætatis
 triginta annorum. Essex'.
 [Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 2.]
13. JOHANNES DE EGGLESTON' *alias* EGGLESTON', *qui tenuit de Roberto de*
Reynes cujus terræ in manu Regis existunt.
 Adam de Eggliston' est filius suus et propinquior hæres ejus, et est
 ætatis viginti et octo annorum et amplius. Northumbr'.
 [Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.]
14. MARTINUS DE CARRON *alias* CARUN'.
 Rogerus de Carun filius prædicti Martini est propinquior hæres præ-
 dicti Martini, et fuit de ætate viginti trium annorum ad festum
 Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta*
die Lunæ ante festum Sancti Andreæ Apostoli.] Buckingham'.
 [Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 19.]
15. GILBERTUS FILIUS WILLIELMI. *Inq. p. m.*
 Radulphus filius Willielmi propinquior hæres ejus est, et est ætatis
 quadraginta annorum et amplius. Ebor'.
 [? Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 6.]
16. RICARDUS DE TANAY. *Inq. p. m.*
 Rogerus filius prædicti Ricardi propinquior hæres ejus est, et de ætate
 septendecim annorum. Essex'.
 Ricardus de Taney et Juliana uxor ejus, conjunctim feoffati die quo
 idem Ricardus obiit, tenuerunt manerium de Elmestede cum per-
 tinentiis de domino Rege in capite. * * Rogerus de Taney filius
 prædicti Ricardi propinquior hæres ejus est, et de ætate octodecim

annorum. Et prædicta Juliana, sic de prædicto manerio cum pertinentiis conjuncta, præsens fuit captioni* hujus inquisitionis cum litera domini Regis patente quæ omnia præmissa in forma prædicta de prædicto feoffamento plenius testatur. Essex'.

17. WALTERUS DE WHIXLE *alias* QUIXELEY. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod dictus Walterus obiit in quindena Paschæ anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio; et quod Johannes de Quixeley filius prædicti Walteri propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta trium annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 15.*]

18. WILLIELMUS DE ERLETON'. *Inq. p. m.*

Adam filius dicti Willielmi est ejus hæres propinquior, et fuit ad festum Paschæ anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio de ætate viginti duorum annorum. Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 16.*]

19. JOHANNES DE SOTEBROK' *alias* SOTTESBROK. *Inq. p. m.*

Roysia et Elizabet filiæ prædicti Johannis sunt ejusdem hæredes propinquiores. Et Roysia primogenita fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Nativitatis 'Beatæ Mariæ' proximo præteritum, et Elyzabet postnata fuit ætatis quatuordecim annorum ad festum Beati Nicholai proximo præteritum. [*Inquisitio facta 28^o die Aprilis.*] Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 28 Edw. I. m. 18.*]

20. AGNES DE BLECHESDON'. *Inq. p. m.*

Thomas de Blechesdon' filius dictæ Agnetis propinquior hæres ejus est et ætatis triginta annorum et amplius. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 15.*]

21. RICARDUS DE WINTON', FILIUS SIMONIS DE WINTON'. *Inq. p. m.*

Ricardus filius dicti Ricardi est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis quatuordecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Conversionis Sancti Pauli a^o 25^o.*] Southampton'.

22. WILLIELMUS TRUMWYNE *alias* TRWMWINE. *Inq. p. m.*

Willielmus filius ejus est ejus hæres propinquior et de plena ætate. Stafford'.

Est etiam inquisitio de terris, &c. in Wysowe de quibus Alesia quæ fuit uxor ejus superstes conjunctim feoffata fuit.

Dicta Allesya fuit conjunctim feoffata cum dicto Willielmo viro suo de prædictis terris et tencimentis per quatuordecim annos ante mortem ejusdem Willielmi. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 8.*]

23. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI DE HYLDEYERD. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod quidam Robertus Hildeyerd' perquisivit omnia prædicta tenementa [in Reston' &c.] tenenda sibi et prædictæ Johannæ uxori suæ et hæredibus ipsius Roberti de capitalibus dominis

feodi : quæ quidem Johanna tenuit prædicta tenementa ad terminum vitæ suæ tantum per formam feoffamenti prædicti ; unde dicunt quod Robertus de Hildeverd, filius prædictorum Roberti et Johannæ, est propinquior hæres ipsius Johannæ quoad tenementa prædicta. Et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 16.*]

24. MEROUA PIGOT *alias* PYGOD. *Inq. p. m.*

Matilda soror dictæ Meroudæ est ejus hæres propinquior et plenæ ætatis. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 6.*]

25. WILLIELMUS DE KENDALE. *Inq. p. m.*

Alicia filia Willielmi de Kendale est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et fuit de ætate unius anni die Translationis Beati Thomæ Martyris anno regni Regis Edwardi vicesimo quarto. Derby'.

26. ALEXANDER DE CHENY *alias* CHEYNY. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Alexandri de Cheyny propinquior hæres ejus est et de ætate viginti duorum annorum. Hertford'.

Willielmus de Say, nuper defunctus, viginti annis elapsis feoffavit dictum Alexandrum et Agnetem uxorem ejus de manerio de Patrikesburn'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 9. et m. 5.*]

27. GERARDUS FILIUS GERARDI SALVAYN. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Gerardus de Salveyn et Matilda uxor ejus conjunctim fuerunt feoffati de quibusdam terris et tenementis in La Hyde juxta Luton'. * * Item dicunt quod Johanna de Skeurus et Nicolaa de Donestapel, sorores prædicti Gerardi, sunt propinquiore hæredes ejusdem Gerardi ; et dicta Johanna est triginta annorum et amplius, et dicta Nicolaa viginti quatuor annorum et amplius. Bedford'.

Dicunt etiam [juratores] quod Johanna et Nicole, sorores prædicti Gerardi defuncti, sunt propinquiores hæredes ejus ; et prædicta Johanna fuit de ætate triginta annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum ; et prædicta Nichole fuit de ætate viginti quinque annorum ad festum Beatæ Mariæ Magdalenæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Dominica post festum Sancti Jacobi apostoli.*] Buckingham'.

Johanna et Nicholaa sorores prædicti Gerardi propinquiores hæredes sunt, et Johanna est ætatis triginta annorum et Nicholaa viginti quinque annorum. Johanna senior est, et desponsata est Adæ de Thorp' sed nullam habent prolem ad invicem. Nicholaa desponsata est Johanni Eme de Dunstapel et habent ad invicem duos filios et duas filias, et senior filius est ætatis tredecim annorum. Dictus Gerardus filius Gerardi Salvayn tenuit omnes terras et tenementa quæ habuit in comitatu Ebor' de Gerardo filio Roberti Salveyn per homagium et servitium. Dictus Gerardus filius Gerardi Salvayn obiit in crastino Sancti Botulphi anno regni Regis Edwardi vicesimo quarto. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 4 ; et 25 Edw. I. m. 23.*]

28. OLIVA DE GURNEYE. *Inq. p. m.*

Tenuit [prædicta Oliva] duas partes manerii de Radewyk' et Northwyk' cum pertinentiis in dotem de hæreditate Elizabethæ filiae et hæredis Johannis de Gurney, quam Johannes ap Adam duxit in uxorem.

Gloucest'r.

Elyzabeth de Badeham filia dictæ Olyvæ est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Sussex'.

Elizabeth primogenita filia ipsius Olivæ est hæres ejus propinquior et fuit ætatis viginti et unius annorum et amplius ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [*Inquisitio facta 8^o die Junii.*]

Somerset'.

[*Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 16 ; et 24 Edw. I. m. 7.*]

29. WILLIELMUS DE GEREMOUTHE *alias* GIRNEMOUT *alias* GIRMOUT, *senior, defunctus. De terra ipsius Willielmi in manu Regis detenta, et de hærede ejusdem.*

Dicunt etiam [juratores] quod Willielmus de Girmemout junior, filius Willielmi de Girmout senioris defuncti, est proximus hæres ipsius Willielmi, et quod fuit die Exaltationis Sanctæ Crucis anno supra-dicto [24^o] de ætate viginti annorum et unius anni. Ebor'.

30. HUGO PEVERELL'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Thomas Peverel, filius Johannis Peverel filii prædicti Hugonis, est hæres ejus propinquior, et erit ætatis octodecim annorum die Sancti Dionisii proximo futuro. Et dicunt per sacramentum suum quod prædictus Hugo in vita sua tradidit
. Johanne Peverel filii dicti Hugonis, nomine dotis suæ, prædictum manerium [de Chelesworth'] [*Inquisitio facta die Mercurii ante festum Sancti Mathæi apostoli.*] Wiltes'.

Dictus Hugo et Margeria uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Stretle cum pertinentiis. * * Thomas filius Johannis filii dicti Hugonis est propinquior hæres ejus et idem Thomas est de ætate novemdecim annorum nunc ad festum Sancti Petri ad Vincula proximo sequens. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Jacobi apostoli.*] Canteb'r.

31. FULCO DE PENEBRIGG' *alias* PENNEBRUGG'. *Inq. p. m.*

Fulco filius prædicti Fulconis est hæres ejus propinquior, et erit ætatis quinque annorum tertio die proximo post festum Sancti Bartholomæi proximo futuro. [*Inquisitio facta die Lunæ ante festum Sancti Jacobi.*] Wiltes'.

Dicunt [juratores] super eorum sacramentum quod idem Fulco tenuit manerium de Tonge de domino Alano de La Zouche, 'et' quod manerium dominus Alanus de La Zouch, avus prædicti Alani nunc existentis, dedit in liberum maritagium cum Alicia sorore sua avia domini Fulconis nuper defuncti. * * Item dicunt super eorum sacramentum quod Fulco filius dicti Fulconis 'est ejus hæres propinquior et' fuit die Sabbati proxima post festum Sancti Bartholomæi anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio de ætate quatuor annorum. Salop'.

Isabella quæ fuit uxor Fulconis de Penebrugg', qui nihil tenuit de domino Rege nec de aliis per servitium militare, petit quod dominus Rex reddat ei custodiam omnium terrarum et tenementorum cum pertinentiis quæ fuerunt prædicti Fulconis, cum omnibus perceptis, et quæ idem Fulco tenuit in socagio, et quæ custodia ad ipsum pertinet eo quod est propinquior hæredi prædicti Fulconis infra ætatem quinque annorum existenti.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 18.*]

32. JOHANNES DE WALKINGHAM. *Inq. p. m.*

Thomas filius ejusdem Johannis antenatus est ejus hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum et plus. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 4.*]

33. ALIANORA DE CRUE, FILIA THOMÆ DE CRUE. *Inq. p. m.*

Johanna de Crue quæ plenæ ætatis et Avicia de Crue quæ est ætatis septem annorum sunt hæredes propinquiores ejusdem Alianoræ. Cestr'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 9.*]

34. RADULPHUS DE ERLEHAM *alias* ERLHAM. *Inq. p. m.*

Galfridus filius ipsius Radulphi propinquior hæres ejus est et ætatis Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 23.*]

35. WALTERUS FILIUS HENRICI LE SOMENUR *alias* SOMENOR. *Inq. p. m.*

Quas quidem terras et tenementa prædicta [in Assewelle] quidam Nicholaus de Assewelle aliquando tenuit de domino Rege in capite per serjantiam prædictam, similiter et de hæredibus Adæ de Nortoft: et postea dictas terras et tenementa dedit cuidam Henrico Le Somenour et Waltero filio ejusdem conjunctim, habendam et tenendam eisdem Henrico et Waltero filio ejusdem, et hæredibus ipsius Walteri de corpore suo procreatis, de domino Rege in capite per servitia quæ ad dictas terras et tenementa pertinent. Et si dictus Walterus obierit sine hærede de corpore suo procreato, extunc omnes terræ et tenementa prædicta remanerent rectis hæredibus dicti Henrici Le Somenour. Et dictus Walterus nullos habet hæredes de corpore suo procreatos. * Rogerus filius et hæres rectus dicti Henrici Le Somenor propinquior hæres est dicti Walteri secundum chartam feoffamenti. * Et dictus Rogerus est ætate triginta annorum. [? Essex'.]

[*Vide a^o 22 Edw. I. n^o 30.*]

36. DAVID DE FLETEWYK' *alias* FLITTEWYK'. *Inq. p. m.*

David filius prædicti David de Flittewyk' est ejus hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Bedford'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 7; et 34 Edw. I. m. 11.*]

37. ROBERTUS DE HORKESLEYE. *Inq. p. m.*

Willielmus de Horkesleye est filius et hæres dicti Roberti de Horkesleye propinquior, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 19.*]

L L

38. RICARDUS DE BREWESE. *Inq. p. m.*

Petrus de Brewes' frater dicti Ricardi' propinquior hæres ejus est et conjunctim feoffatus cum dicto Ricardo, et est ætate viginti trium annorum. Gloucest'r.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 14.*]

39. HENRICUS DE CERNE. *Inq. p. m.*

Johannes de Cerne, filius et hæres Henrici de Cerne, propinquior hæres ejus est et de ætate viginti octo annorum et amplius. Dorset'.

Johannes de Cerne filius dicti Henrici est hæres ejus propinquior et est ætatis viginti septem annorum. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 4.*]

40. THOMAS DE RYBTON' *alias* RIBBETON'. *Inq. p. m.*

Alexander de Ribbeton' est filius ejus et hæres propinquior, et fuit ætatis decem et novem annorum die Sancti Andreae Apostoli anno regni Regis [Edwardi] prædicti vicesimo quarto. Cumbr'.

41. *De anno 23º Edw. I. nº 134.*42. JOHANNES DE HEDUN' *alias* HEDON'. *Inq. p. m.*

Simon filius Simonis de Hedon' est
. atis quinquaginta annorum.
Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 18.*]

43. ROGERUS DOGET. *Inq. p. m.*

Eva quæ fuit uxor ipsius Rogeri est conjunctim feoffata cum præfato Rogero quondam viro suo. * * Rogerus filius prædicti Rogeri est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis quatuordecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Martis post Circumcisionis Domini.*] Lincoln'.

44. MAGISTER THOMAS DE BARDENAI *alias* BARDENEYE. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod quidam Robertus de Bardeneye, nepos prædicti Magistri Thomæ de Bardeneye est propinquior hæres ipsius Magistri Thomæ, et alium hæredem præter ipsum ignorant, et est ætatis triginta annorum et amplius. Bristol'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 5.*]

45. HENRICUS DE CLERBEK'. *Inq. p. m.*

Johanna filia Roberti de Clerbek', fratris dicti Henrici, uxor Rogeri de Stok', ætatis triginta annorum et amplius, Elyzabeth soror ejusdem Johannæ uxor Alani de Rokwod', ætatis viginti octo annorum et amplius, et Alicia soror ejusdem Johannæ uxor Galfridi de Leghes ætatis viginti sex annorum et amplius, sunt propinquiores hæredes dicti Henrici de Clerbek'. Cantabr'.

Johanna neptis prædicti Henrici de Clerbek' est una hæredum prædicti Henrici propinquior de ætate triginta quatuor annorum, et Elizabeth soror prædictæ Johannæ alia hæres propinquior et neptis ejusdem

Henrici de ætate triginta annorum, et Alicia tertia hæres soror [prædictæ Johannæ] et neptis prædicti Henrici similiter propinquior hæres ejus est et de ætate viginti octo annorum. Dorset'.

[Vide a^o 13 Edw. I. n^o 21.]

46. ISOLDA QUÆ FUIT UXOR HENRICI DE APELDORFELD' *alias* APELTREFEUD' *alias* APPELTREFELD'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod dicta Isolda die quo obiit nichil tenuit in dominico suo ut de feodo; dicunt tamen quod ipsa Isolda die quo obiit tenuit quasdam terras et tenementa cum pertinentiis in Moriston', nomine dotis, per mortem Thomæ Abelyn quondam viri ipsius Isoldæ. Et illa tenuit de domino Johanne Le Sawage qui desponsaverat Mariam sororem 'et hæredem' Nicholai Abelyn quondam fratris ipsius Mariæ. * * Item dicunt quod Johannes filius prædictorum domini Johannis Le Sawage et Mariæ quæ fuit uxor ejus est propinquior hæres ejusdem et est ætatis novemdecim annorum et trium quarteriorum unius anni, et maritatus. Cant'.

Est etiam secunda inquisitio de hærede, viz. de hærede prædicti Thomæ Abelyn, ad quem terræ quas ipsa Isolda tenuit in dotem descendere debent.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Nicholaus Abelyn 'filius Thomæ Abelyn' fuit propinquior hæres Thomæ Abelyn post mortem prædicti Thomæ; et tempore mortis prædicti Thomæ fuit 'ætatis' triginta quinque annorum; et obiit prædictus Nicholaus sine hærede de se, et hæres ejus propinquior fuit Maria 'soror ejus et' uxor domini Johannis Le Sawage, quæ tempore mortis ejusdem Nicholai fuit ætatis viginti quatuor annorum: et tempore illo dominus Johannes Le Sawage fecit homagium et relevium domino Regi pro terris illis, quæ terræ, una cum cæteris terris quæ dominus Johannes Le Sawage defendet, tenentur de domino Rege in capite per servitium unius feodi militis. Et dicunt quod Johannes filius domini Johannis Le Sawage et prædictæ Mariæ est propinquior hæres ad terras illas et tenementa quæ Isolda quæ fuit uxor Henrici de Apeltrefeud tenuit in dotem post mortem Thomæ Abelyn quondam viri sui, 'ad quem terræ et tenementa illa jure hæreditario descendere debent' ut patet in prima inquisitione, et est ætatis novemdecim annorum et trium quarteriorum unius anni. Cant'.

[Vide Rot. Fin., 4 Edw. I. m. 14; et 6 Edw. I. m. 2.]

47. ADAM DE CRETINGE. *Inq. p. m.*

Johannes de Cretinge filius prædicti Adæ de Cretinge est proximus hæres ipsius Adæ, et est ætatis septendecim annorum. Huntingdon'.

Johannes de Cretinge filius Adæ de Cretinge est proximus hæres ipsius Adæ, et est ætatis decem et novem annorum. Huntingdon'.

Dominus Johannes de Cretinge est filius et hæres dicti Adæ propinquior, et est ætatis viginti annorum. Suffolc'.

Est etiam inquisitio de manerio de Barewe quod tenuit de Rogero Le Bygod Comite Norfolc', per quod idem Comes custodiam et maritatum hæredis asserit ad se pertinere.

Et dicunt [juratores] quod dominus Johannes de Cretinge' est filius et hæres dicti Adæ propinquior et est ætatis viginti unius annorum et amplius. Et dicunt quod dictum manerium de Barewe est in manu domini Regis, et Thomas de Creting' habet custodiam dicti manerii.
Suffol'.

48. RICARDUS DE LA ROKELE, *qui tenuit de hærede Philippi de La Rokele infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Ricardus filius Ricardi de La Rokele propinquior hæres ejus est et ætatis quatuordecim annorum.
Norfolc'.

Est etiam assignatio dotis Cecilie quæ fuit uxor ipsius Ricardi de La Rokele.

49. OSBERTUS DE BATHONIA. *Inq. p. m.*

Elizabeth filia prædicti Osberti est propinquior hæres ipsius Osberti, et fuit ætatis viginti et duorum annorum ad Purificationem Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo

Somerset'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10.*]

50. ROGERUS DE ALEWOLDELEYE *alias* ALEWODELEYE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod prædictus Rogerus et Alicia uxor ejus, quæ superstes est, tenuerunt conjunctim dimidiam carucatam terræ cum pertinentiis in Neuhale quæ data fuit eidem Rogero cum prædicta Alicia in liberum maritagium. * * Et dicunt quod Johanna, Margareta, Alicia et Anabilia, filie prædicti Rogeri, sunt hæredes ipsius Rogeri propinquiores. Et dicunt quod Johanna fuit ætatis octo annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo præteritum: et Margareta fuit ætatis sex annorum ad festum Nativitatis Beati Johannis proximo præteritum: et Alicia fuit ætatis trium annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum: et Anabilia fuit ætatis unius anni ad festum Sancti Petri ad Vincula proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii post clausum Paschæ.*]
Ebor'.

[*Vide n° 4. hoc anno.*]

51. JOHANNES DE WODHULLE. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Johannis est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis viginti trium annorum in festo Sancti Edwardi proximo præterito. [*Inquisitio facta 17° die Maii.*]
Bedford'.

Thomas filius prædicti Johannis est propinquior ejus hæres et fuit ætatis viginti trium annorum et amplius ad festum Sancti Edwardi proximo præteritum. [*Inquisitio facta 10° die Maii.*]

Northampton'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 8.*]

52. MAGISTER RICARDUS DE COLESHULLE. *Inq. p. m.*

Elyas de Coleshulle frater prædicti Magistri Ricardi est ejus hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius.
Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 13.*]

53. PETRUS DE CAMPANIA. *Inq. p. m.*

Isabella 'postnata filia prædicti Petri', uxor Gilberti de Briddeshale, et Petrus filius 'et hæres Mariæ primogenitæ filiæ ipsius Petri, et uxoris' Johannis de Donnedale, sunt propinquiore hæredes præfati Petri de Campania. Et præfata Isabella est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Et prædictus Petrus de Donnedale fuit ætatis trium annorum ad festum Sancti Laurentii proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Sabbati ante festum Sancti Gregorii Papæ.*] Lincoln'.

Præfatus Petrus tenuit quasdam terras et tenementa in North' Clifton de Baldewino Pygot ut ea quæ Hugo pater ipsius Baldewini dedit Petro de Campania, patri prædicti Petri qui ultimo obiit, in liberum maritagium cum Margeria filia ejus. * * Isabella 'postnata filia prædicti Petri' uxor Gilberti de Briddeshale, et Petrus filius 'et hæres Mariæ primogenitæ filiæ ipsius Petri et uxoris' Johannis de Donnedale, sunt propinquiore hæredes præfati Petri de Campania. Et præfata Isabella est ætatis viginti annorum et amplius. Et prædictus Petrus de Donnedale fuit ætatis trium annorum ad festum Sancti Laurentii proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum Sancti Gregorii Papæ.*] Lincoln'

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 11.*]

54. NICHOLAUS DE SEGRAVE senior. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Nicholai de Segrave defuncti est proximus hæres ipsius Nicholai, et est de ætate triginta novem annorum.

Huntingdon'.

Johannes de Segrave filius prædicti Nicholai est propinquior hæres ipsius Nicholai et ætatis triginta annorum et amplius. Derby'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 19.*]

55. JOHANNES DE WODNORTON *alias* JOHANNES FILIUS HUGONIS DE WODENERTON' *alias* WODENRETON'. *Inq. p. m.*

Eva uxor Ricardi Hord' ætatis triginta annorum, Matilda uxor Walteri de Hokelton' [*vel* Hokethorn'] [*Hokethorn' in Rot. Fin.*] ætatis viginti octo annorum, Sibilla uxor Owayni de Brompton' ætatis viginti quinque annorum, et Amicia uxor Willielmi Le Seneschal ætatis viginti duorum annorum, sunt propinquiore hæredes prædicti Johannis et sorores ejusdem. Salop'.

Est etiam inquirendum utrum Margareta quæ fuit uxor ipsius Johannis prægnans sit, necne.

Dicunt [jurati] super eorum sacramentum quod Margareta quæ fuit uxor Johannis filii Hugonis de Wodenreton', qui de domino Rege tenuit in capite in comitatu Salop' die quo obiit, non est prægnans, sicut compertum est per dictos juratos et per quasdam mulieres dictam Margaretam diligenter videntes. [*Inquisitio facta a^o 25^o.*]

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 19 et m. 16.*]

56. WILLIELMUS DE VALENTIA COMES PEMBROK'. *Inq. p. m.*

Eymerus de Valentia est filius et propinquior hæres ipsius Willielmi et est de ætate viginti unius Hibern'.

* Sibilla quæ fuit uxor Gerardi Talebot tenet tertiam partem dicti manerii [de Gaynesburgh'], nomine dotis, per mortem præfati Gerardi

quondam viri sui. * * Aymerus filius prædicti Willielmi de Valentia est propinquior hæres, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Lincoln'.

- * Omnia prædicta tenementa [in comitatu Buck'] tenentur de domino . . . per servitium unius feodi et dimidii militis, ratione dominæ Johannæ Comitissæ Pembrok' quondam uxoris prædicti domini Willielmi de Valentia. * * Emerus de Valentia filius prædicti Willielmi de Valentia defuncti est ejus hæres propinquior et fuit de ætate viginti sex annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii proximo ante festum Sancti Johannis Baptistæ.*] Buckingham'.
 * Ademarus de Valentia est filius et hæres dicti Willielmi propinquior et est ætatis viginti octo annorum. Suffole'.

57. De anno 23° Edw. I. n° 135.

58. ELENA LA ZOUCHE *alias* SUCHE. *Inq. p. m.*

Habet hæredem dominum Alanum de La Suche, filium domini Rogeri de La Suche, qui habet ætatem viginti quatuor annorum et amplius. Edinburg'.

Alanus La Zouche, filius Rogeri La Zouche filii prædictæ Elenæ, propinquior hæres ejus est et plenæ ætatis. Leicestr'.

Alanus La Zouche est propinquior hæres 'prædictæ Elenæ,' et fuit ætatis viginti octo annorum ad festum Sancti Egidii proximo præteritum. [*Inquisitio facta 14° die Septembris.*] Northampton'.

59. JOHANNES DE MONTE FORTI. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Monte Forti est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis quinque annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Sancti Barnabæ Apostoli.*] Roteland'.

Johannes filius prædicti Johannis de Monte Forti est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quinque annorum ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Martis post festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ.*] Surr'.

Johannes filius prædicti Johannis est proximus hæres et f . . . die Jovis proximo ante festum Sancti Barnabæ Apostoli anno regni Regis Edwardi vicesimo quarto de ætate quinque annorum. Warewic'.

60. RICARDUS DE BOYLAND' *alias* BOYLUND'. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod dictus Ricardus de Boyland' perquisivit totum tenementum prædictum [in villa de Bourgate] sibi et Elenæ uxori suæ et hæredibus de eisdem exeuntibus. Dicunt etiam quod Johannes de Boyland' est filius et hæres dictorum Ricardi et Elenæ propinquior, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Suffole'.

Johannes de Boylund' filius suus propinquior hæres ejus est et de ætate vigintiduum annorum et amplius. * * Prædictus Ricardus

tenuit die quo obiit in villa de Gissingg' quasdam terras et tenementa; * quas quidem terras et tenementa dictus Ricardus adquisivit sibi et Elenæ uxori suæ et hæredibus suis de eisdem provenientibus. * Prædictus Johannes propinquior hæres est et ætatis prædictæ. * * Dictus Ricardus tenuit die quo obiit in villa de Howe quasdam terras et tenementa; * quas quidem terras et tenementa dictus Ricardus adquisivit sibi et Matildæ uxori suæ, adhuc superstiti, et eorum hæredibus de eisdem provenientibus.

Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 23.*]

61. ROBERTUS DE PYNKENY *alias* PINKENY. *Inq. p. m.*

Henricus de Pynkeny miles, frater prædicti Roberti de Pynkeny defuncti, est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate quadraginta annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum.

Buckingham'.

Henricus de Pynkeny, frater dicti Roberti, propinquior hæres est dicti Roberti et ætate triginta annorum et amplius.

Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 4.*]

62. ROBERTUS DE VEER *alias* VER, COMES OXON'. *Inq. p. m.*

Tenuit quadraginta quinque virgatas terræ et dimidiam cum pertinentiis in Wykingeston' de Johanne Comyn Comite de Bouhan sine aliquo servitio, quia Margareta Comitissa Wynton' dedit prædicta tenementa una cum redditu subscripto Hugoni de Veer in liberum maritadium cum Hawysia matre prædicti Roberti. * * Robertus de Veer filius prædicti Roberti propinquior hæres ejus est et plenæ ætatis.

Leicestr'.

Robertus de Veer et Alicia uxor ejus, die quo idem Robertus obiit, tenuerunt manerium de Horemad de hæreditate ipsius Aliciæ.

Hertford'.

Robertus de Veer miles, filius Roberti de Veer Comitis Oxon' defuncti, est propinquior hæres ejus et fuit de ætate triginta quatuor annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Dominica post festum Sancti Michaelis.*]

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 4.*]

63. ROBERTUS DE HAYTON'. *Inq. p. m.*

Thomas et Robertus filii prædicti Roberti de Hayton' sunt hæredes ejus propinquiores; et Thomas antenatus erat ætatis duorum annorum ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Sancti Barnabæ Apostoli.*]

Nottingham'.

64. *De terris diversorum hominum infra parcum Regis de Tottleky per Thomam de Normanvill' nuper Eschaetorem inclusis.*

65. *De anno 23º Edw. I. nº 136.*

66. SIMON DE PATESHULLE *alias* PATESHYLLE *alias* PATISHULL'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod tenuit omnia prædicta tenementa [in comitatu Ebor'] de hæreditate Isabellæ de Stangrewe quæ fuit uxor prædicti Simonis. Et dicunt [quod prædicta Isabella de Stangrewe propinquior hæres est et de ætate viginti trium annorum] quod Johannes de Pateshull', filius dictorum Simonis et Isabellæ, est propinquior hæres, et est ætatis quatuor annorum. Ebor'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod præfatus Simon tenuit quasdam terras et tenementa cum pertinentiis in Fryseby de hæreditate Isabellæ filiæ Johannis de Steyngreue quondam uxoris ipsius Simonis. * * Et prædicti jurati dicunt quod præfatus Simon tenuit prædictas terras et tenementa de Ricardo Folyot ut ea quæ Jordanus Folyot pater ipsius Ricardi dedit Simoni de Steyngreue avo præfatæ Isabellæ in liberum maritagiium cum Beatrice filia ejus. De hærede ipsius Simonis 'de Pateshull' nec de ejus ætate, dicunt quod nihil sciunt eo quod natus fuit in partibus longinquis.

Lincoln'.

Johannes filius Simonis est propinquior hæres ejus, et est ætatis duorum annorum. Hertford'.

Dictus Simon tenuit manerium de Caysho cum pertinentiis in capite de domino Rege de hæreditate Isabellæ uxoris suæ pro nona parte baroniæ de Bedford'. * Et idem Isabella est ætatis viginti duorum annorum et amplius. * * * Johannes filius Simonis de Pateshull' propinquior hæres ejus est et ætatis trium annorum et amplius.

Bedford'.

[Vide Rot. Fin. 23 Edw. I. m. 10.]

67. DOMINUS REX. *Extenta manerii de Idenn' in manu Regis existentis per escambium factum cum Willielmo Grandsun.*68. WILLIELMUS BRIAN junior, suspensus. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*69. JOHANNES LE MYR, suspensus. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*70. JOHANNES DE LEGHUM *alias* LEYHAM, utlagatus. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*71. ADAM LE FEVRE, utlagatus. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*72. ANDREAS DE WESTCOTE, suspensus. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Prædictus Andreas suspensus fuit die Veneris proxima ante festum Sanctæ Margaretæ Virginis anno regni prædicti domini Regis Edwardi vicesimo tertio.

73. THOMAS DE WEYLOND, qui pro feloniam regnum abjuravit. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*74. PRIOR ET FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIE DE MONTE CARMEL. *Inq. ad q. d.*

75. ROGERUS EPISCOPUS COVENTR' ET LICHFELD', *defunctus*. *De manerio de La Lee, quod Jacobus de La Launde dimisit dicto Rogero ad terminum vite suæ, post mortem ipsius Rogeri capto in manum Regis et detento in dispendium Johannis de La Launde filii et hæredis prædicti Jacobi.*
76. WILLIELMUS HANRED', *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
77. JOHANNA DE BRYENZUN *alias* BRIAUNZOUN et JOHANNES DE HOTOT. *Inq. ad q. d.*
78. ROBERTUS DE GONEWARDEBY—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
79. THOMAS DE WYCKERSTAN *alias* QUYNKERSTEYNES ET CECILIA UXOR EJUS, QUÆ FUIT UXOR INGERAMI PESSUN. *De dote ipsius Cecilie, de terris quæ fuerunt dicti Ingerami, Stephano Pessun concessa pro quodam redditu de manerio de Beruby.*
 Die Dominica proxima post Epiphaniam Domini anno regni domini Regis nunc vicesimo tertio convenit inter prædictos Thomam de Quynkersteynes et Ceciliam uxorem ejus ex parte una et Stephanum Pessun dominum de Berweby ex altera, quod prædicti Thomas et Cecilia remiserunt et quietum clamaverunt prædicto Stephano totum jus et clameum suum quod habuerunt, nomine dotis, in terris et tementis quæ fuerunt prædicti Ingramii avi prædicti Stephani 'tam in Scotia quam in Anglia pro prædicto redditu apud Beruby percipiendo.' Lincoln'
- [*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 10; 25 Edw. I. m. 8; et 35 Edw. I. m. 4.*]
80. RADULPHUS LE CLERK DE ALEGATE — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
81. WILLIELMUS DE VETERI PONTE, *utlagatus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
82. MAGISTER DOMUS DEI DE THEFFORD'. *Inq. ad q. d.*
83. PHILIPPUS DE CANGHELEYE ET MARGERIA DE PRESTHOPE—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE WENLOK. *Inq. ad q. d.*
84. JOHANNES DE HASTINGES — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE STODLEYE. *Inq. ad q. d.*
85. JOHANNES RAYNER—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI LEONARDI EBOR'. *Inq. ad q. d.*
86. RICARDUS DE HEDERSETE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE VALLE REGALL. *Inq. ad q. d.*
87. GALFRIDUS RANDOLF' *alias* RONDULF'—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI AUGUSTINI SALOP'. *Inq. ad q. d.*
88. REGINALDUS DE LEGH'—*pro* ECCLESIA DE LEGH'. *Inq. ad q. d.*
89. AGATHA DE DENE—*pro* RICARDO DE DENE. *Inq. ad q. d.*

A nostre Seyneur Le Rey prie Agate de Dene jadis femme moun sire Henry de Dene, ke come ele voley doner a Richard soun fiz pure

une serjauntye en la foreste de Dene a . . . de heritage ke ele tent de ly en chef ; Le Rey graunta a Berewyk' une lettre de enqueste sour cele chose al Eschetour, la quele est retourne a la Chauncelerye, ke oye cele enqueste, si il ne est pas a damage du Rey ke ele de soun counge poet cele serjauntie a ly doner, kar soun fiz eyne tent du Rey coe ke il ad, issint ke Le Rey aveyt deus hommes la ou il ne ad ore for ke un.

Dicunt [juratores] quod non est ad damnum domini Regis nec ad præjudicium [? aliorum nisi] ad dampnum Willielmi de Dene filii et hæredis Agathæ de Dene ; unde damnum ponitur ad duodecim solidos si supravixerit dictam Agatham. Gloucestr'.

90. HENRICUS DE COLEVILL', (FILIUS PHILIPPI DE COLEVILL'), *defunctus*.

De manerio de Lolleworth' in manum Regis capto, de quo Emma quæ fuit uxor dicti Henrici, adhuc superstes, cum eo conjunctim feoffata fuit, et seisinam suam inde una cum præfato Henrico usque ad obitum ejusdem Henrici et similiter post obitum ejusdem Henrici per longum tempus continuavit.

[Vide Rot. Fin., 21 Edw. I. m. 13.]

91. RICARDUS DE TANY ET JULIANA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

92. ANDREAS DE HENGHAM — *pro* ROGERO FILIO ROGERI DE FRAXINIS. *Inq. ad q. d.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod manerium de Bathele, cum advocacione ecclesiæ ejusdem villæ tenetur de domino Rege in capite ; * Et quod quidam Walterus Senyuret [? Schyrenac] tenuit de domino Rege in capite dictum manerium de Bathele integrum pertinens ad manerium suum de Fakenham. Et quod dictus Walterus dedit prædictum manerium ad feodi firmam cuidam Hugoni Burnel, faciendo inde manerio suo de Fakenham decem libras et unam sectam ad curiam suam de Fakenham de tribus septimanis in tres septimanas, et pro homagio et fidelitate. Et de dicto Hugone exiit quidam Robertus Burnel filius et hæres. Et de prædicto Roberto exierunt duæ filiæ, videlicet, Amabilia et Johanna quæ prædictum manerium inter eas dividebant. Et de Amabilia eynecia exiit Andreas de Hengham qui nunc tenet. Norfolc'.

93. WALTERUS DE BELEBURY, *utlagatus*. *De terris captis in manum Regis de quibus Emma quæ fuit uxor ipsius Walteri, adhuc superstes, cum eo conjunctim feoffata fuit tam per feoffamentum Willielmi Oyldeboef antequam desponsata fuit quam in liberum maritagium. Idem Walterus utlagatus fuit pro morte Ricardi Le Fevre, quæ quidem feloniam commissa fuit die Exaltationis Sanctæ Crucis jam duobus annis elapsis.*

94. EDMUNDUS COMES CORNUBIÆ. *De custodia Prioratus de Eye.*

95. RADULPHUS DE CRUMBEWELLE. *Inq. ad q. d.*

96. WILLIELMUS DE WILEGHBY, FILIUS WILLIELMI DE WILEGHBY — *pro* ADA DE WELLE. *Inq. ad q. d.*

97. JOHANNES DE HARINGTON' — *pro* PRIORE ET CONVENTU HOSPITALIS SANCTÆ KATHERINÆ EXTRA LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*
98. WALTERUS DE RYSLE — *pro* PRIORE HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
99. WILLIELMUS DE CARTHORP', *defunctus. De terris in manum Regis captis post mortem dicti Willielmi, de quibus Margeria quæ fuit uxor ejus, adhuc superstes, cum eo conjunctim feoffata fuit a festo Sancti Hilarii a° 23 Edw. I. usque ad mortem dicti Willielmi viri sui, videlicet, per unum annum et amplius. Ad istam inquisitionem Johannes filius et hæres Willielmi de Carthorp' præmunitus fuit ut ibi interesset, et solenniter vocatus et non venit.*
100. WILLIELMUS RANDOLF — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.: ac petitio Prioris.*
101. STEPHANUS DE HOSTWYK' *alias* EUSTWYK', — *pro* JOHANNE UGHRETH'. *Inq. ad q. d.*
102. NICHOLAUS SHERREVE, ET ALII — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE MAGNA MASSINGHAM. *Inq. ad q. d.*
103. ABBAS ET CONVENTUS DE THORNETON'. *De rededicatione omnium caseorum Comitis Albemarle funditoris ipsius abbacie, ubicunque fierent in Anglia.*
104. DECANUS ET CAPITULUM EBOR'. *De custodia ecclesiæ de Kynewaldestowe, manerii de Thorp' Sancti Andree, et hayce de Langwath' tempore vacationis Archiepiscopatus Ebor'.*
105. JOHANNES HAYWARD. *De proficuis a balliva sua forestæ de Galtres subtractis.*
106. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE WAUTON'. *Placitum de dote quam ipsa Johanna petit versus Johannem de Berewyk' et Willielmum de Brumfeld' de terris quæ fuerunt prædicti Johannis de Wauton'.*
107. GILBERTUS DE CLARE COMES GLOUCESTR' ET HERTFORD'. *Inq. p. m.*
 Gilbertus filius et hæres [est] prædicti Gilberti defuncti, et fuit de ætate quinque annorum ad festum Sancti Marcæ Evangelistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris in festo Epiphaniæ Domini.*]
 Buckingham'.
 Gilbertus primogenitus filius prædicti Gilberti est proximus hæres ejus; et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Sancti Georgii anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Somerset'.
 Gilbertus de Clare filius prædicti Gilberti proximus hæres ejus est; et fuit ad festum Inventionis Sanctæ Crucis proximo præteritum de ætate quatuor annorum. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Sancti Vincentii.*]
 Devon'.
- Gilbertus de Clare Comes Gloucestr' et Hertford' defunctus et Johanna uxor ejus, filia Edwardi Regis Angliæ, tenuerunt conjunctim villam de Theokesbur' cum omnibus suis pertinentiis de domino Rege in capite

ex dono et feoffamento suo eisdem confecto. * * Gilbertus filius prædicti Gilberti et Johannæ uxoris suæ propinquior hæres est ipsius Gilberti, et est ætatis quatuor annorum et novem mensium.

Gloucest'r.

Gilbertus filius prædicti Gilberti quondam Comitis Glowcestræ propinquior hæres est et erit de ætate quinque annorum ad Pentecosten proximo futuram. [*Inquisitio facta 5^o die Januarii.*] Hertford'.

Gilbertus de Clare filius prædicti Gilberti est propinquior hæres ejusdem Gilberti, et in festo Annunciationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio fuit ætatis quinque annorum. Sussex'.

Gilbertus filius suus est hæres ejus propinquior et ætatis sex annorum et plus. [*Inquisitio facta die Circumcisionis Domini.*] Norfolk'.

108. WILLIELMUS DE PIRLEYE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

109. *De damno per diversos habito, de domibus suis apud Flint combustis per custodes castri qui eas combusserunt pro castro salvando in ultima guerra Walliæ.*

* 110. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR RADULPHI RASTEL. *Extenta manerii de Weybrede unde dicta Margeria clamat tertiam partem in dotem versus Elizabetham quæ fuit uxor Oliveri de Ingham, et unde eadem Elizabetha vocat ad warantum Johannem filium et hæredem Oliveri de Ingham qui nullam terram habet in comitatu Suffolc'.*

* 111. ROBERTUS DE POLHEYE. *Extenta terrarum dicti Roberti in Pebenersh' quas Ranulphus de Marvill' clamat ut jus suum versus prædictum Robertum, et unde idem Robertus vocat ad warantum Radulphum Le Hunte et Johannam uxorem ejus qui nullam terram habent in comitatu Essex'.*

* 112. MAGISTER PETRUS DE LEYK' ET RICARDUS LE ESPICER. *Extenta de medietate medietatis messuagii in parochia Sancti Andree extra barram Veteris Templi London' quam Ricardus de Bereford' recuperavit versus dictum Petrum; ac extenta de terris dicti Ricardi Le Espicer quas vicecomes Middlesex' per Breve Regis liberavit prædicto Petro.*

* 113. HENRICUS FILIUS GILBERTI LE CARPENTER. *Extenta terræ suæ in Shireburn' in comitatu Ebor'.*

† 114. HENRICUS LE PORTER, ET ALII—*pro PRIORE ET CONVENTU ROFFENS'. Inq. ad q. d.*

† 115. HUGO DE BABINGTON'. *Inq. p. m.*

Ricardus de Babington' est propinquior hæres dicti Hugonis, et est ætatis viginti octo annorum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 24 Edw. I. m. 8.*]

† 116. KATHERINA PAYNEL. *Inq. p. m.*

Philippus Paynel filius et hæres prædictæ Katherinæ propinquior hæres ejus est, et de ætate viginti quinque annorum. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 22.*]

- *117. WILLIELMUS LE POURE, *defunctus*. *De custodia medietatis manerii de Tackele, quam custodiam Rogerus de Monte Alto (qui in obsequio Regis profectus est ad partes Vaconicæ) clamat ratione minoris ætatis hæredis dicti Willielmi: et de hærede ejusdem Willielmi.*

Willielmus Le Poure dum vixit dimisit bonæ memoriæ Rogero Episcopo nuper Coventr' et Lichfeld' medietatem manerii de Tackeley cum pertinentiis, habendam eidem Rogero ad terminum vitæ ipsius Rogeri tantum. * * Dictus Willielmus tenuit medietatem dicti manerii immediate de Rogero de Monte Alto. * Custodia inde pertinet ad præfatum Rogerum ratione minoris ætatis Walteri filii et hæredis prædicti Willielmi qui fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Paschæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta 23^o die Junii.*] Oxon'

[*Vide etiam a^o 25 Edw. I. n^o 37.*]

25^o Edw. I.

1. *Deest.* [THOMAS DE STODHAM.]—[*Vide a^o 23^o Edw. I. n^o 19.*]
2. PETRONILLA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI DE CLOTTON'. *Inq. p. m.*
Willielmus de Clotton' filius prædictæ Petronillæ est hæres propinquior ejusdem Petronillæ, et fuit ætatis viginti sex annorum ad festum Sancti Michaelis majoris ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 12^o die Novembris.*] Cestr'.
[*Vide Rot. Fin., 26 Edw. I. m. 20.*]
3. HUGO DE DUTTON'. *De terris quæ sunt in manu Regis ratione minoris ætatis dicti Hugonis.*
Idem Hugo fuit ætatis viginti annorum ad festum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis ultimo præteritum anno supradicto [25^o]. Cestr'.
4. WALTERUS AUNGEVYN, *nuper defunctus*. *De terris et hærede dicti Walteri.*
Per venerunt tenementa prædicta per mortem prædicti Walteri Aungevyn ad manus domini Regis 14^o die Septembris anno ejusdem Regis [Edwardi] octodecimo. * Willielmus filius prædicti Walteri Aungevyn propinquior hæres ejus est, et fuit ad festum Sancti Petri ad Vincula proximo præteritum de ætate duodecim annorum. [*Inquisitio facta in vigilia Omnium Sanctorum.*] Devon'.
5. ROBERTUS DE PLUKEVILL' *alias* PLOKEVILL' *alias* BLOKEVILL'. *Inq. p. m.*
Willielmus filius prædicti Roberti est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo præteriti. [*Inquisitio facta die Martis ante festum Sanctarum Perpetuæ et Felicitatis.*] Lincoln'.
6. *De anno 26^o Edw. I. n^o 75.*

7. ROBERTUS DE STALLINGE. *Inq. p. m.*

Johannes de Stallinge primogenitus filius ejusdem Roberti est ejus propinquior hæres, et est de ætate tredecim annorum et de tredecim septimanis. Gloucestr'.

Robertus de Stalling' obiit per tres annos 'et amplius' ante impetrationem hujus Brevis &c. [*In dorso secundi Brevis dati 22° die Junii anno 25°.*]

8. *De anno 24° Edw. I. n° 115.*9. ROBERTUS DE COKEFELD' *alias* KOKEFEUD'. *Inq. p. m.*

Johanna soror prædicti Roberti et filia Adæ de Kokefeud' est ejus hæres propinquior, et est de ætate viginti trium annorum. Suffolc'.

10. WILLIELMUS DE HAMELTON'. *Extenta terrarum quas dictus Willielmus tenet in custodia sua, de hæreditate Galfridi filii et hæredis Willielmi de Say, quem Johannes de Say vocat ad warantum versus Elizabetham quæ fuit uxor Willielmi de Say de terra quam eadem Elizabetha clamat in dotem versus eum.* Hertford'.11. MATILDIS DE LA BARRE. *Inq. p. m.*

Elena uxor Walteri de Lofsome, filia Ricardi Cortenay fratris dictæ Matildis, propinquior hæres ejus est, et est de ætate viginti quinque annorum. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 14.*]

12. LUCIA DE LYNQYVER *alias* LYNQYVRE. *Inq. p. m.*

Edmundus de Lyngyvre filius dictæ Luciæ est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti et quatuor annorum.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 3.*]

13. LAURENTIUS DE SANCTO MAURO. *Inq. p. m.*

Nicholaus de Sancto Mauro filius ipsius Laurentii est hæres ipsius propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Somerset'.

Nicholaus de Sancto Mauro filius prædicti Laurentii est propinquior ejus hæres; et erit ætatis viginti octo annorum ad festum Inventionis Sanctæ Crucis proximo futurum. [*Inquisitio facta ultimo die Martii.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 14 et m. 13.*]

14. ELIAS DE HAUVILL'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Elias de Hauvill' nihil tenuit die quo obiit in capite de domino Rege in comitatu Northampton'; sed dicunt quod tenuit manerium de Weston' quod est de hæreditate Amiciæ uxoris suæ 'adhuc viventis' de domino Hugone de Oddingiselis. * * Dicunt etiam ut supra quod prædicta Amiciæ quæ fuit uxor prædicti Eliæ est verus hæres dicti manerii et est plenæ ætatis. Northampton'.

Willielmus filius dicti Eliæ est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [*Inquisitio facta 2° die Februarii.*] Oxon'.

15. RICARDUS DE LUVERAZ *alias* LOVERAZ. *Inq. p. m.*

Stephanus de Loveraz, avunculus prædicti Ricardi de Loveraz defuncti, propinquior hæres ejus est; et est de ætate quadraginta annorum.

Dorset'.

Stephanus de Loveraz avunculus dicti Ricardi est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti sex annorum et amplius.

Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 13.*]

16. HUGO TALEMACHE *alias* TALEMASCHE.

Hugo Talemache est filius et hæres dicti Hugonis Talemache propinquior, et est ætatis viginti sex annorum et amplius.

Suffolc'.

Dictus Hugo Talemache et Yllaria uxor ejus adhuc superstes conjunctim feoffati fuerunt de quodam tenemento in villa de Parva Bresete.

* * Hugo Talemache est filius et hæres dicti Hugonis propinquior, et est ætatis viginti septem annorum et amplius.

Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 20.*]

17. URIANUS DE SANCTO PETRO, *nuper defunctus.*

Urianus de Sancto Petro die quo obiit tenuit de domino Rege in capite per legem Angliæ de hæreditate Idoneæ quondam uxoris suæ quartam partem baroniæ de Malo Passu. * * Idem Urianus die quo obiit tenuit de domino Rege in capite sextam partem baroniæ de Schipbrok': * * Margareta quæ fuit uxor prædicti Uriani de Sancto Petro est dotata per præceptum domini Regis de prædicta portione de Schipbrok'. * * Urianus filius Johannis de Sancto Petro, filii Uriani prædicti et hæredis prædictæ Idoneæ, et est hæres propinquior ipsius Uriani, et fuit ætatis septendecim annorum ad festum Sancti Dunstani ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Dominica post festum Sancti Andreæ Apostoli anno 25°.*]

Cestr'.

[*Vide etiam n° 23 Edw. I. n° 56.*]

18. LAURENTIUS DE JARPEVILL' *alias* JARPEVILE. *Inq. p. m.*

Willielmus de Jarpeville filius prædicti Laurentii propinquior hæres ejus est et de ætate viginti duorum annorum.

Essex'.

Prædictus Laurentius tenuit quasdam terras et tenementa in villa de Wodeburghe de hæreditate Johannæ uxoris suæ defunctæ. * *

Willielmus filius dictorum Laurentii et Johannæ est hæres ejus propinquior 'dicti Laurentii,' et est ætatis viginti quatuor annorum.

Wiltes'.

19. JORDANUS LE BACHELER. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Jordani est ejus hæres propinquior et de ætate tredecim annorum.

Surr'.

Item, inquirendum est utrum Alicia quæ fuit uxor ipsius Jordani a prædicto Jordano se elongavit et cum alio se tenuit, adulterium cum ipso committendo, per quod dotem suam habere non debet, per formam statuti, &c.

Dicunt [juratores] quod prædictus Jordanus tenuit quandam concubinam, nomine Matildam, filiam Willielmi Le Tayllour de Passeworth', per

quod idem Jordanus ita importune se gerebat erga prædictam Aliciam uxorem suam quod ipsa secum morari non potuit, per quod ipsa Alicia non relinquens dictum virum suum nec malitiose aut in adulterio se elongans, sed ob periculum proprium evitandum, se divertit ab eodem viro suo usque ad parentes suos, ubi honestam traxit conversationem; unde dicunt quod prædicta Alicia vivente Jordano adulterium non commisit. Surr'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 5.*]

20. ROBERTUS DE SOMERVILL'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Edmundus filius ejus est propinquior ejus hæres, et quod fuit die Dominica proxima post festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto de ætate viginti et unius annorum. Stafford'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 2 bis.*]

21. WILLIELMUS DE HENGHAM. *Inq. p. m.*

Andreas de Hengham frater dicti Willielmi propinquior hæres ejus est et ætatis quadraginta annorum et amplius. Norfolc'.

22. JOHANNES GOLAFRE. *Inq. p. m.*

Thomas filius dicti Johannis est hæres ejus propinquior et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Wiltes'.

Thomas filius prædicti Johannis est ejus hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 8.*]

23. WALTERUS DE PEDEWARDYN, *qui tenuit de hæredibus Briani de Brompton' infra ætatem existentibus.* *Inq. p. m.*

Rogerus filius dicti Walteri est ejus hæres propinquior et plenæ ætatis. Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 6; et 27 Edw. I. m. 17.*]

24. DIONISIA QUÆ FUIT UXOR REMIGHI DE POKELINGTON'. *Inq. p. m.*

Tenuit de hæredibus Isabellæ de Fortibus quondam Comitissæ Albarmarliæ eo quod prædicta Dionisia feoffata fuit simul cum prædicto Remigio viro suo per chartas prædictæ Isabellæ Comitissæ prædictæ concessas prædicto Remigio et Dionisiæ uxori ejus et hæredibus prædicti Remigii. * * Rogerus filius prædictæ Dionisiæ propinquior hæres est prædicti Remigii et prædictæ Dionisiæ, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 22 Edw. I. m. 7; et 25 Edw. I. m. 10.*]

25. WILLIELMUS HEYRUN *alias HEYRON' alias HERON'.* *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Emellina filia Walteri Heyron' est propinquior hæres prædicti Willielmi Heyron', et est ætatis sex annorum, ut credunt, et quod prædicta Emellina est cum domina Emellina de Hastings in comitatu Norfolc'. Northumbr'.

25. WALTERUS DE HERON', *nuper defunctus. De terris et hærede dicti Walteri, &c.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Walterus et Alicia uxor ejus tenuerunt manerium de Silkeston' cum pertinentiis de dono et feoffamento domini Willielmi de Heyron patris prædicti Walteri. * * Dicunt etiam quod prædictus Walterus habuit quandam filiam et hæredem, nomine Emelinam, quæ est ætatis septem annorum et dimidii et nullum alium habuit hæredem. Dicunt etiam quod prædictus Willielmus Heyron tenuit die quo obiit manerium de Notton' per legem Angliæ de hæreditate prædictæ Emelinæ. * * Dicunt etiam quod prædictus Willielmus Heiron qui tenuit per legem Angliæ manerium de Notton' obiit in crastino Sancti Nicholai Episcopi anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto. Ebor'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Walterus filius Willielmi Heron' nullas habuit terras nec tenementa in comitatu Northumbr' die quo obiit. Et dicunt quod habuit quandam filiam, Emelinam nomine, quæ est ætatis septem annorum et dimidii, quæ est hæres ipsius Walteri propinquior de sanguine, et similiter hæres Willielmi Heron' propinquior, patris prædicti Walteri. * * Et dicunt quod prædictus Willielmus obiit apud Novum Castrum super Tynam die Dominica proxima ante festum Sancti Thomæ Apostoli proximo præterito. Et dicunt quod prædictus Walterus filius ipsius Willielmi obiit diu ante decessum prædicti Willielmi. Et dicunt quod Maria quæ fuit uxor prædicti Willielmi dotata est. * * Et dicunt quod 'nec' prædictus Walterus neque prædictus Willielmus pater ejus non habent aliquem alium hæredem quam ipsam Emelinam, ipsa vivente. Northumbr'.

26. HENRICUS DE RYHULL'. *Inq. p. m.*

Item tenuit [dictus Henricus] de hæreditate Beatricis 'quondam' uxoris suæ in Doxford' in comitatu prædicto unum messuagium, [et] novem acras [terræ] de Ada de Doxford'. * * Johannes filius Henrici prædicti defuncti est propinquior hæres ejus, et est ætatis unius anni et octo dierum. [*Inquisitio capta die Dominica in Ramis Palmarum.*] Northumbr'.

27. WILLIELMUS DE UMFRAMVILL' *alias UMFRAVIL'*. *Inq. p. m.*

Ingramus de Umfravil' propinquior hæres est dicti Willielmi et de ætate sexaginta annorum et amplius. Essex'.

28. ROBERTUS RUSSEL. *Inq. p. m.*

Willielmus Russel 'frater dicti Roberti' propinquior hæres ejusdem Roberti est et ætate triginta annorum et amplius.

Willielmus Russel frater prædicti Roberti Russel propinquior hæres ejus est, et est de ætate quadraginta annorum. Dorset'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Rogerus de Whelton', filius et hæres domini Willielmi de Whelton' militis, anno prædicti domini Regis Edwardi octavo vel circiter, feoffavit Robertum Burnel nuper Bathon' et Wellen' Episcopum de toto servitio quod Rogerus de Nodariis, frater ipsius Rogeri de Whelton', debuit et fecit eidem Rogero de Whelton' de manerio de Churchull'. * * Et dicunt quod prædictus Robertus Burnel recepit homagium prædicti Rogeri de Nodariis: * et quod idem Rogerus de Nodariis obiit in homagio præfati Roberti Burnel: et postea Rogerus filius et hæres prædicti Rogeri de Nodariis fecit homagium et servitium prædictum præfato Roberto Burnel; et quod idem Robertus Burnel obiit seisitus

de homagio et servitio prædicto. Et dicunt quod idem Rogerus filius et hæres prædicti Rogeri de Nodariis, post decessum præfati Roberti Burnel, fecit homagium Philippo Burnel nepoti et hæredi præfati Roberti Burnel et servitia prædicta pro prædicto manerio de Churchull'. Et quod idem Philippus de homagio et servitio prædictis obiit seisitus, per quod custodia manerii prædicti pertinet ad Edwardum filium et hæredem præfati Philippi Burnel qui nunc est in custodia domini Regis. * * Tempore domini Henrici Regis, patris domini Edwardi Regis nunc, quidam Nicholaus de Nodariis, antecessor prædicti Rogeri de Nodariis, tenuit manerium prædictum de quodam Ricardo Le Vernoun, antecessore Ricardi Le Vernoun qui nunc est, per servitium unius feodi militis. Et prædictus Nicholaus tempore prædicto cecidit in custodia dicti Ricardi de Vernoun, antecessoris Ricardi de Vernoun qui nunc est, ratione minoris ætatis suæ, et idem Ricardus de Vernoun antecessor maritavit Eustachiam filiam suam prædicto Nicholao, et dedit eidem Nicholao et charta sua confirmavit quietationem de servitio unius feodi militis quod eidem debuit de manerio prædicto. * *

[*In dorso.*] Hæc autem inquisitio infrascripta capta fuit in præsentia Rogeri de Schireborn' attorney Matildæ matris Edwardi filii et hæredis Philippi Burnel, et in præsentia executorum Rogeri de Nodariis. Oxon'.

38. GILBERTUS DE GAUNT. *Inq. p. m.*

Et sunt tanquam unus hæres ipsius Gilberti Rogerus de Gertheston' [Kerdiston'] Petrus filius Petri de Mauley et Julia de Gaunt soror dicti Gilberti, et propinquiores sunt hæreditatis prædictæ; et sciendum, quod prædictus Rogerus de Gertheston' est de ætate viginti quatuor annorum et amplius, et prædicta Juliana habet ætatem quadraginta annorum et amplius, sed prædictus Petrus filius Petri habet ætatem octodecim annorum et amplius a die Natalis Domini ultimo præterito usque nunc. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Ascensionis Domini.*] Lincoln'.

Lora que fuit uxor ipsius Gilberti nondum dotata est.

[*Vide Rot. Fin., 26 Edw. I. m. 8 bis.*]

39. ROBERTUS DE TYBOTOT *alias* TIBETOFT *alias* TIBBETOT. *Inq. p. m.*

Prædictus Robertus obiit apud Nettelstede die Jovis proximo post festum Sancti Dunstani proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Ebor'.

Dicunt [juratores] quod Paganus filius prædicti Roberti est hæres propinquior ejusdem Roberti. Et dicunt quod idem Paganus fuit ætatis septendecim annorum ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. Et dicunt quod prædictus Robertus obiit apud Nettelstede die Jovis proxima post festum Sancti Augustini Episcopi anno supradicto [26^o]. [*Inquisitio facta in Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ.*] Ebor'.

Quidam Payn filius prædicti Roberti est propinquior ejus hæres, et erit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Martini proximo venturum. [*Inquisitio facta die Sancti Petri ad Vincula.*] Lincoln'.

Iidem juratores dicunt quod Paganus filius Roberti de Tybetot est propinquior hæres ipsius Roberti, et fuit ætatis octodecim annorum ad festum Sancti Martini proximo præteritum. Iidem juratores dicunt quod Eva quæ fuit uxor dicti Roberti de Tybetot est conjunctim feoffata de prædictis tenementis cum præfato Roberto viro suo tenendis sibi et hæredibus ipsius Roberti. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*]

Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 22.*]

40. ROBERTUS DE TATESHALE *alias* TATTESHALL' *alias* TATERSALE, *senior.*
Inq. p. m.

Robertus de Tatessall' filius prædicti Roberti propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta annorum et amplius. Ebor'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quoad prædicta maneria de Welle, Crakehale et Thoraldeby cum suis membris et pertinentiis, quod prædictus Robertus de Tateshale nihil habuit nec tenuit in eisdem maneriis 'die quo obiit' nisi tantum ratione Johannæ filiæ Radulphi filii Radulphi uxoris ipsius Roberti, quæ quidem maneria de Welle, Crakehale et Thoraldeby eidem Johanne in {propartem suam sibi contingentem de hæreditate quæ fuit prædicti Radulphi dudum post mortem ejusdem Radulphi jure hæreditario descendebant et assignebantur tanquam uni filiarum et hæredum ipsius Radulphi. Et dicunt quod iidem Robertus et Johanna uxor ejus, quæ adhuc superstes est, tenuerunt eadem maneria conjunctim in forma prædicta de Johanne de Britannia ut de honore castri sui Richemond'.

* * * Et dicunt quod Robertus de Tateshale filius ipsius Johannæ est hæres prædicti Roberti atque ipsius Johannæ propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin. 26 Edw. I. m. 2; et 31 Edw. I. m. 6 et m. 3.*]

41. WILLIELMUS DE BELLO CAMPO COMES WARREWIC'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod tenuit quoddam tenementum in manerio de Schefeld', quod vocatur Le Dichall', de dote Matildæ uxoris suæ ipsam de terris et tenementis quæ fuerunt Gerardi de Furnivall' ibidem primi viri sui contingente; quod quidem tenementum post mortem prædictæ Matildæ ad Thomam de Furnivall' nunc dominum de Hallumschire, tanquam consanguineo et hæredi præfati Gerardi, reverti debet. Et dicunt quod Guydo de Warewyk' filius prædicti Willielmi est hæres propinquior ejusdem Willielmi, et est de ætate viginti trium annorum et amplius. Ebor'.

Gwydo filius Comitum Warrewic' est propinquior hæres dicti Willielmi de Bello Campo et Matildæ uxoris ejusdem et de ætate viginti septem annorum et amplius. Gloucestr'.

Dominus Guydo de Bello Campo filius dicti Comitum est ejus hæres propinquior, et est de ætate viginti sex annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin., 26 Edw. I. m. 16 et m. 4.*]

42. THOMAS DE MARESEYE. *Inq. p. m.*
Thomas filius ejusdem Thomæ de Maresey est hæres ejus propinquior,
et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Nottingham'.
43. HENRICUS FILIUS JOHANNIS DE BRACEBRIGGE', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
44. WILLIELMUS DE IREBY, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
45. PHILIPPUS LE PETYT, *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
46. JOHANNES LE TAYLLUR, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
- 47 (a). JOHANNES FILIUS WILLIELMI FRAUNCEYS DE HORSELOWE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
- 47 (b). RICARDUS DE BEREFORD'. *Inq. ad q. d.*
48. WILLIELMUS DE VESCY, *defunctus. De terris ipsius Willielmi et Isabella uxoris ejus.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Adam de Perinton', pater prædictæ Isabellæ, obiit seisitus in dominico suo ut de feodo de manerio de Ellinton' cum pertinentiis. Et quod post mortem prædicti Adæ de Perinton' descendebat prædictum manerium de Ellinton' cum pertinentiis Isabellæ quæ fuit uxor Willielmi de Vesci, et Katherinæ Paynelle atque Lætitiæ de Kenys, ut filiabus 'suis' et hæredibus. Postea venit prædicta Lætitia et dedit totam propartem suam de prædicto manerio de Ellinton' cum pertinentiis prædictæ Isabellæ sorori suæ tenendam eidem Isabellæ et hæredibus suis imperpetuum. [*Inquisitio facta die Martis post Octabas Sancti Hilarii.*]

[*In dorso*] Emendetur ista inquisitio hoc modo. Dicant juratores super sacramentum suum quod duæ partes manerii de Elyngton' sunt de hæreditate præfatæ Isabellæ; et quod Adam de Perington' pater ejusdem Isabellæ obiit seisitus in dominico suo ut de feodo de prædicto manerio, post cujus mortem descendit feodum et jus isti Isabellæ Katherinæ Paynel et Lætitiæ de Keygnes, ut filiabus et hæredibus. Et postea vero prædicta Lætitia dedit totam propartem suam, videlicet, tertiam partem ejusdem manerii præfatæ Isabellæ sorori suæ. Northumbr'.

Item, secunda inquisitio, eo quod prima minus sufficiens est, facta 2^o die Martii.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod eschaetor domini Regis cepit in manum domini Regis prædictas terras et tenementa cum pertinentiis in Ellinton' post mortem prædicti Willielmi, ad custodiendum eas sub manu domini Regis donec Isabella quæ fuit uxor prædicti Willielmi fecisset domino Regi homagium suum et fidelitatem pro prædictis tenementis, et etiam donec eadem Isabella fecisset domino Regi sacramentum quod se non maritabit sine licentia domini Regis. Dicunt etiam quod prædicti Willielmus et Isabella

die quo idem Willielmus obiit tenuerunt duas partes manerii de Ellinton' cum pertinentiis tanquam terram et hæreditatem prædictæ Isabellæ uxoris suæ.

[*In dorso*] Emendetur ista inquisitio hoc modo. Primo dicant distincte et aperte quod post mortem Willielmi de Vescy fuerunt duæ partes istius manerii captæ in manum Regis. Postea dicant 'distincte et aperte' quantum terræ et quid valeat per annum in omnibus exitibus. Postea dicant et dicere possunt confidenter quod prædictus Willielmus et Isabella non tenuerunt illa tenementa in Elington' conjunctim; immo eadem Isabella inde fuit seisata tanquam de hæreditate sua antequam dictus Willielmus eam desponsavit. Et idem Willielmus nihil in eisdem tenementis habuit, nisi pro eo quod habuit custodiam 'corporis et' terræ ejusdem Isabellæ uxoris suæ.
Northumbr'.

49. ABBAS ET CONVENTUS DE REGALI LOCO OXON'. *Inq. ad q. d.*
50. THOMAS EXON' EPISCOPUS — *pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE BEATI PETRI EXON'. *Inq. ad q. d.*
51. *De custodia forestarum de Brigstok' et Geytington'.*
52. JOHANNES, PRIOR DE BRIWETON', *defunctus. De terris in manum Regis captis.*
53. THOMAS DE MORILEYE, *defunctus. Extenta terrarum dicti Thomæ pro dote assignanda Hawisicæ uxori ejus.*
54. ARNALDUS DE FRESKENEDE, *defunctus. De morte ipsius Arnaldi, quia Simon de Freskenede (cujus fidelitatem Rex cepit de proparte ipsum contingente de tenementis quæ fuerunt Johannis de Freskenede defuncti) asseruit prædictum Arnaldum fratrem suum diem clausisse extremum, per quod dicta tenementa eidem Simoni totaliter debeant remanere.*
Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod præfatus Arnaldus ad festum Purificationis Beatæ Mariæ ultimo præteritum fuerunt quinque anni elapsi diem clauserat extremum in partibus transmarinis. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Nicholai aº 27º.* Roteland'.
[*Vide nº 14 hoc anno; et Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 24.*]
55. GILBERTUS DE ARDERNE PERSONA ECCLESIE DE HEGHAM GOBYON — *pro* PRIORISSA ET CONVENTU DE MARKYATE. *Inq. ad q. d.*
- ‡ 56. *Duæ inquisitiones de quibusdam transgressionibus Regi factis apud Dripol in Holderness, et de portu de Hull', wrecco maris, &c.*
57. JOHANNES DE LENHAM — *pro* WILLIELMO INGE. *Inq. ad q. d.*
58. ROBERTUS BALKOT *vel* BALKOC — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BLIDA. *Inq. ad q. d. aº 26º. — Breve est aº 19º.*
59. PRIOR ET FRATRES PREDICATORES DE SCARDEBURGH'. *Inq. ad q. d.*
60. WILLIELMUS DE DEVENEYS. *De terra, piscaria, &c. apud Thorne Castel in Hibernia. Inquisitio ad quod commodum.*

61. ROBERTUS CANTUAR' ARCHIEPISCOPUS. *Inq. ad q. d.*
62. HENRICUS DE PYNKENY—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ASSHEBY CANONICORUM. *Inq. ad q. d.*
63. WALTERUS DE UFTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE DERLEYE. *Inq. ad q. d.*
64. HENRICUS DE PERCY—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WHITEBY. *Inq. ad q. d.*
65. HOSPITALIA SANCTORUM NICHOLAI ET THOMÆ MARTYRIS DE SCARDEBURGH'. *De statu eorundem et damnis per ipsa sustentis.*
66. JOHANNES DE SAUNDEBY, *defunctus.* *De messuagio in manum Regis capto, &c.*
67. LAMBERTUS DE TRYKYNHAM—*pro* ECCLESIA BEATÆ MARIÆ DE HERDEBY. *Inq. ad q. d.*
68. GILBERTUS DE GAUNT, *defunctus.* *De clauso capto in manum Regis quod Nicholaus de Sancto Quintino nuper Personæ ecclesiæ de Hale, prædecessor Roberti de Lacy nunc Personæ, dimisit dicto Gilberto ad terminum vite suæ.*
69. NICHOLAUS DE BOLINGBROC ET CECILIA DE SANCTO EDMUNDO—*pro* PRIORE ET CANONICIS ECCLESIAE SANCTI EDMUNDI CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*
- 70 *De feodis et servitiis Regi spectantibus in Cestreton' alienatis per Hugonem de Loges tempore Regis Henrici tertii, et per Hugonem de Loges et Ricardum de Loges successores præfati Hugonis.*
71. HUGO DE GERUNDE *alias* GEROUNDE. *Inq. p. m.*
 Hugo filius Hugonis de Gerounde est propinquior hæres ipsius Hugonis, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Buckingham'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 23.]
72. WILLIELMUS ELIENSIS EPISCOPUS. *Inq. p. m.*
 Willielmus Touchet et Isabella [] Rogeri de Morteyn sunt propinquiores hæredes præfati Willielmi nuper Eliensis Episcopi, et sunt plenæ ætatis. Buckingham'.
- † 73. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS LE MARESCAL. *Probatio ætatis capta a die Sancti Michaelis in unum mensem.*
 Gerardus de Wachesham miles ætatis quadraginta annorum, distans a Denham per sex leucas, juratus et diligenter examinatus de ætate prædicti Willielmi, dicit super sacramentum suum quod est plenæ ætatis, videlicet, viginti unius annorum, et fuit sexto die ante festum Sancti Michaelis anno vicesimo sexto. Requisitus qualiter hoc scit dicit quod ipse habet quendam filium, Egidium nomine, juniorem prædicto hærede duobus annis, et fuit novemdecim annorum ad sextum diem prædictum. Dicit etiam quod Johannes nunc Abbas Sancti Edmundi et tunc capellanus domini Roberti de Insula

baptizavit eum in ecclesia de Denham, et quidam 'Willielmus de Beuchamp' senescallus matris ipsius hæredis imposuit ei nomen, &c. De aliis circumstantiis certus est per relatum patriæ &c. * * * *

Suffolc'.

* 74. ALICIA FILIA ET HÆRES HUGONIS DE WYNDESOR'. *Probatio ætatis.*

Petrus de Bowode ætatis quinquaginta annorum, distans a Bucham per duas leucas, juratus et diligenter examinatus dicit quod prædicta Alicia nata fuit apud Bucham et in ecclesia de Bemenistr' baptizata. Dicit etiam quod est ætatis sexdecim annorum et fuit ante Annunciationem Beatæ Mariæ in Quadragesima proximo præterita. Requisitus qualiter hoc scit dicit quod de die certo ignorat. Dicit etiam quod habet quandam filiam ejusdem ætatis, Johannam nomine, et eodem anno nata. * * Nicholas de Strode de Bemenistr' ætatis triginta sex annorum, distans a Bucham per unam leucam, juratus et diligenter examinatus de ætate, loco nativitatis et baptismatis, concordat cum præjurato. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod habet quendam filium, Johannem nomine, ejusdem ætatis qui fuit sexdecim annorum die Annunciationis proximo post diem quo prædicta Alicia nata fuit. * * * * Dorset'.

† 75. ROBERTUS DE ARGENTEIN. *Inq. p. m.* [De hærede nihil.]

†*76. ROGERUS LOVEDAY, *defunctus.*

Inquisitio de terris et tenementis quæ fuerunt Rogeri de Loveday in comitatu Suffolciæ die quo obiit facta apud Breset' 22^o die Februarii anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. * * Rogerus Loveday est filius et hæres dicti Rogeri propinquior, et est ætatis triginta sex annorum et amplius.—[*In dorso*] Expectetur ætas Ricardi de quo primæ inquisitionibus faciunt mentionem, eo quod terræ et tenementa in inquisitionibus contenta sunt in manum Regis, nomine custodiæ, ratione minoris ætatis ipsius Ricardi; nec ante ætatem suam de tenementis illis potest amoveri de jure &c. Suffolc'.

[*Vide a^o 15 Edw. I. n^o 33.*]

27^o Edw. I.

† 1. WILLIELMUS BALLE, DE SANDYACRE. *Inq. p. m.*

Petrus Balle filius prædicti Willielmi est propinquior hæres ejusdem; et fuit de ætate viginti et quatuor annorum ad festum Sancti Hilarii proximo præteritum. Derby'.

2. JOHANNES DE DOVORR' *alias* DOVERE. *Inq. p. m.*

Quidam Johannes filius dicti Johannis de Dovere nuper defuncti proximus hæres ejus est et ætatis viginti sex annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 5.*]

3. ROBERTUS DE MORTEYN. *Inq. p. m.*

Eustachius filius dicti Roberti de Morteyn est hæres ejus propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 12.*]

4. JOHANNES MORYZ *alias* MORIS, DE SEFORD'. *Inq. p. m.*
 Dicunt [juratores] quod Johannes Moriz de Sefford tenuit die quo obiit septem acras terræ in Chintinghes de domino Rege in capite per serjantiam de dono et concessione Cecilie de Sefford quondam uxoris suæ defunctæ antequam eam desponsavit, tenendas ad terminum vitæ suæ. * * Et dicunt quod Johannes Le Lad filius prædictæ Cecilie propinquior hæres ipsius Cecilie est, et est ætatis viginti quinque annorum, et quod ad prædictum Johannem Le Lad filium præfatæ Cecilie reversio terrarum et tenementorum prædictorum pertinet. Sussex'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 10.]
5. MARGERIA LA TAILLORE *alias* TAILLOUR. *Inq. p. m.*
 Nicholaus filius prædictæ Margerie est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis triginta annorum ad festum Natalis Domini proximo præteritum. [Inquisitio facta 26^o die Maii.] Nottingham'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 14.]
6. SIBILLA DE BEAUCHAMP' *alias* BEUCHAMP'. *Inq. p. m.*
 Duæ sorores, Johanna et Alicia, filie dictæ Sibillæ propinquiores hæredes sunt ejusdem, quarum una est triginta annorum, nomine Johanna, et Alicia est de ætate viginti et sex annorum et amplius. Essex'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 3.]
7. WALTERUS DE GLEMESFORD'. *Inq. p. m.*
 Thomas filius Ricardi de Glemesford' consanguineus prædicti Walteri' proximus hæres ejus est, et est de ætate triginta annorum et amplius. Cantebr'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 18.]
8. JOHANNES DE SETON'. *Inq. p. m.*
 Quidam Cristoforus est filius et propinquior hæres prædicti Johannis, et erat ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo septimo de ætate viginti et unius annorum. Cumberland'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 4; 28 Edw. I. m. 7; et 33 Edw. I. m. 2.]
9. THOMAS LE ARCHER. *Inq. p. m.*
 Ricardus Le Archer est filius prædicti Thomæ et propinquior hæres ejus, et fuit de ætate quinquaginta annorum et amplius ad festum Sancti Martini proximo præteritum. Derb'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 16.]
10. WILLIELMUS HASARD'. *Inq. p. m.*
 Thomas Hasard' filius prædicti Willielmi est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis viginti octo annorum ad festum Natalis Domini proximo futurum. Nottingham'.
 [Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 16.]

11. JOHANNES FAUCYLLUN *alias* FAUCILUN. *Inq. p. m.*

Robertus Faucilun est filius ejusdem Johannis et hæres propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

12. HENRICUS DE WYNTON'. *Inq. p. m.*

Juratores dicunt quod dictus Henricus de Wynton' duxit quandam in uxorem sub lege Judayca, et postea conversi erant ad legem Christianam. Et generabant quendam filium, Thomam nomine, quem dicunt esse hæredem propinquiorem ipsius Henrici si matrimonium præcontractum inter ipsos antequam conversi essent rite stare posset. Item dicunt quod dictus Thomas est ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

13. RADULPHUS DE COTUM *alias* COTOM. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod quædam Alicia filia prædicti Radulphi de Cotum primogenita et quidam Johannes de Coyners filius ejusdam Scolaciæ sororis prædictæ Aliciæ, quæ Scolacia similiter fuit filia prædicti Radulphi, sunt propinquiores hæredes ejusdem Radulphi; et dicunt quod prædicta Alicia est ætatis triginta annorum et prædictus Johannes est ætatis quatuordecim annorum. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 28 Edw. I. m. 18 et m. 6.*]

14. RICARDUS FILIUS JOHANNIS. *Inq. p. m.*

Avelina quæ fuit uxor Walteri de Burgo de qua natus est Ricardus de Burgo, Johanna quæ fuit uxor Theobaldi Le Buttiller et Comitissa de Warwyk', sorores ipsius Ricardi 'una cum Roberto de Clifford' et Idonia de Leyburn' propinquiores hæredes 'ejus' sunt et de ætate triginta annorum et amplius. Hibern'.

[*Vide a^o 25 Edw. I. n^o 50.*]

15. THOMAS DE FURNEAUS. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Thomæ propinquior hæres ejus est, et est de ætate sexdecim annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 15.*]

16. RICARDUS DE FRYVILLE *alias* FREVILL'. *Inq. p. m.*

Johannes de Fryville filius prædicti Ricardi de Fryville proximus hæres ejus est, et est ætatis viginti octo annorum et amplius. Cantabr'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 14.*]

17. THOMAS DE SAUNFORD' *alias* SANFORDE. *Inq. p. m.*

Auda soror dicti Thomæ est hæres propinquior ipsius Thomæ, et fuit ætatis viginti quatuor annorum ad festum Natalis Domini ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 8^o die Januarii.*] Cestr'.

Ada soror prædicti Thomæ propinquior hæres ejus est, et est de ætate triginta annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 20.*]

18. ALICIA DEL TEMPLE DE GRAHAM *alias* GRANTHAM. *Inq. p. m.*
 Quædam Matilda ad Portam ecclesiæ de Graham, consanguinea prædictæ Aliciæ, est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis undecim annorum ad Gulam Augusti ultimo præteriti. [*Inquisitio facta 14^o die Januarii.*] Lincoln'.
19. BARTHOLOMÆUS DE ANESEYE. *Inq. p. m.*
 Thomas 'de Aneseye' filius Bartholomæi de Aneseye est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Hereford'.
 [*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 6.*]
20. PETRUS MAUVEYSYN. *Inq. p. m.*
 Johannes filius prædicti Petri est propinquior hæres ejus, et fuit ad festum Beati Petri ad Vincula ultimo præteritum decem et octo annorum. [*Inquisitio facta die Luna post festum Sancti Andreae.*] Salop'.
21. HUGO PEVEREL. *Inq. p. m.*
 Johannes Peverel filius prædicti domini Hugonis est ejus propinquior hæres et ætatis viginti trium annorum et amplius. Norfolk'.
 [*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 11.*]
22. WILLIELMUS DE HALTON'. *Inq. p. m.*
 Dicunt etiam [juratores] quod idem Willielmus obiit die Martis in septimana Paschæ isto anno [27^o], et quod Johannes filius ejusdem Willielmi est propinquior hæres ejusdem, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. Northumbr'.
23. AVELINA DE LA LEGHE. *Inq. p. m.*
 Johanna quæ fuit uxor Nicholai de Cruce dotata est de tertia parte ejusdem manerii [de Waleton' super Thamisiæ]. * * * Johannes de La Leghe est filius et hæres propinquior ejusdem Avelinæ et est ætatis triginta annorum et amplius. Surr'.
 [*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 9.*]
24. JOHANNES DE MAURDYN. *Inq. p. m.*
 Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod idem Johannes de Maurdyn tenuit de domino Rege in capite per homagium et fidelitatem unum messuagium in Wytaneston', * quod quidem messuagium dictus Johannes et Isabella Haket uxor sua conjunctim emerunt de Nicholao de Schypton'. * * Dicunt etiam quod Isabella Haket est hæres ipsius Johannis propinquior de prædictis terris et tenementis in Wytaneston', et est ætatis triginta trium annorum et amplius. * * * Dicunt etiam quod Ricardus filius Ricardi filii Johannis de Maurdyn est ipsius Johannis hæres propinquior de omnibus terris et tenementis suis prædictis in manerio de Maurdyn et Lude, et ætatis tredecim annorum et amplius. Et dicunt quod est ætatis ad terram suam tenendam secundum consuetudinem dicti manerii de Maurdyn. Hereford'.

25. ADAM DE CRETING' *alias* CRETYNGG' *alias* CRETINGK'. *Inq. p. m.*

Prædictus Adam et Nicholaa uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Rumford' in Haverynge per dominum Regem. [*Inquisitio capta 3^o die Junii a^o 27^o.*] Essex'.

Johannes de Cretyngg' filius prædicti Adæ de Cretyngg' est propinquior hæres ipsius Adæ; sed cujus ætatis sit ignorant [juratores] quia natus fuit apud Strogul in Wallia. Huntingdon'.

Dominus Johannes de Creting' est filius et hæres dicti Adæ propinquior et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. [*Inquisitio facta 26^o die Octobris a^o 26^o.*] Suffolc'.

Sunt etiam inquisitiones de tenura, custodia terrarum, &c.

26. RADULPHUS DE CRUMWELL'. *Inq. p. m.*

Radulphus filius dicti Radulphi est propinquior ejus hæres, et est ætatis septem annorum. Nottingham'.

27. PETRUS BALDEWYNE. *Inq. p. m.*

Petrus filius prædicti Petri Baldewyne propinquior hæres ejus est, et est ætatis undecim annorum et amplius. Surr'.

28. THOMAS DE MERTONE. *Inq. p. m.*

Ricardus filius prædicti Thomæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ, et fuit ad festum Conceptionis Sanctæ Mariæ Virginis anno regni Regis vicesimo septimo de ætate octodecim annorum. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 6.*]

29. JOHANNES DE LEYHAM FILIUS JOHANNIS DE LEYHAM. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod dominus Ricardus de Brumpton', consanguineus prædicti Johannis filii Johannis de Leyham, est ejus propinquior hæres, et quod est ætatis quadraginta annorum.

Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 11.*]

† 30. ROBERTUS DE SPROXTON'. *Inq. p. m.*

Item dicunt [juratores] quod prædictus Robertus tenuit die quo obiit in Sproxton' septem bovatas terræ quarum quælibet valet per annum quinque solidos, et quatuor cotagia: * de quibus quidem septem bovatis terræ et quatuor cotagiis prædictis dicunt quod Matilda quæ fuit uxor prædicti Roberti feoffata fuit per Willielmum de Sproxton' et pacificam seisinam inde habuit per tredecim septimanas antequam prædictus Robertus ipsam desponsavit. Et dicunt quod Willielmus filius prædicti Roberti est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate viginti et unius anni ad festum Inventionis Sanctæ Crucis proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Sancti Ambrosii.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 17.*]

31. ROBERTUS DE BOSCO. *Inq. p. m.*

Robertus de Bosco filius prædicti domini Roberti defuncti est hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum. Suffole'.

32. HAWISIA QUÆ FUIT UXOR REGINALDI DE VALLE TORTA. *Inq. p. m.*

Petrus Corbet ætatis triginta annorum et amplius et Henricus de La Pomerey ætatis triginta duorum annorum sunt propinquiores hæredes hæreditatis prædicti Reginaldi. Devon'.

Est etiam inquisitio facta 4^o die Julii a^o 29^o de terris in manu Regis adhuc existentibus, &c.

Quidam Radulphus de Valle Torta, qui aliquando tenuit maneria de Hurberton' et Brixham cum suis pertinentiis simul cum aliis terris et tenementis de domino Rege in capite per baroniam, obiit inde seisitus, relicto Reginaldo de Valle Torta filio et hærede suo infra ætatem existente: Johanna vero quæ fuit uxor prædicti Radulphi, adhuc superstes, dotata est de tertia parte prædicti manerii de Brixham. Et prædictus Reginaldus, ratione minoris ætatis suæ, simul cum terris et tenementis quæ ei jure et hæreditario descendunt, in custodia domini Regis existens, de assensu domini Regis prædictam Hauwisiam duxit in uxorem, et obiit sine hærede de se, per quod hæreditas prædicta resortita est cuidam Rogero de Valle Torta tanquam avunculo ipsius Reginaldi. Et prædicta Hauwisia per judicium curiæ domini Regis recuperavit in dotem duas partes dicti manerii de Brixham. Qui quidam Rogerus avunculus prædicti Reginaldi omnes terras et tenementa sua diversis hominibus alienavit, nihil sibi retinendo nisi prædictum manerium de Hurberton', quod est caput Baronie prædictæ, et postea obiit de eodem manerio seisitus, post cujus mortem, Eschaetor domini Regis tunc temporis cepit illud manerium in manum domini Regis, et sic remanet hiis diebus. * Requisiti [juratores] qua de causa hæreditas prædicta in manu domini Regis adhuc existit, dicunt quod Henricus de La Pomereye et Petrus Corbet, propinquiores hæredes prædicti Rogeri, hucusque jus suum versus dominum Regem 'inde' non sunt prosecuti. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 12.*]

33. HUGO DE BRAUNDESTON'. *Inq. p. m.*

Dictus Hugo et Margareta uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt manerium de Redenhal' die quo prædictus dominus Hugo obiit, qui inde feoffati fuerunt per Bartholomæum de Yatingdon' patrem prædictæ Margarete tenendum de domino Rege in capite per servitium duorum feodorum militum sibi et hæredibus suis de prædicta Margareta legitime procreatis sive aliis hæredibus ipsius Margarete si ipsa prolem de prædicto domino Hugone non habuerit procreatam. * * * Propinquior hæres prædicti Hugonis est quidam Henricus filius prædictorum Hugonis et Margarete, et est ætatis sexdecim annorum. Norfolk'.

Henricus de Braundeston' est filius Hugonis de Braundeston' et hæres ejus propinquior, et fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Nativitatis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. Leicestr'.

34. JOHANNES DE WHITEWELL' *alias* QUYTEWELL' *alias* WYTEWELLE. *Inq. p. m.*

Willielmus filius ejusdem Johannis est propinquior hæres ejusdem, et est ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sanctæ Margarete a^o 26^o.*]

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 20.*]

35. MATILDIS DE KYME. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod domina Johanna de Vyvoniam et domina Cecilia de Bello Campo sunt filie ejusdem Matillidis et propinquiores hæredes ipsius Matillidis. Item dicunt quod prædicta domina Johanna filia antenata est de ætate quinquaginta annorum; et prædicta domina Cecilia filia post-nata est de ætate quadraginta annorum. Berk'.

Est etiam inquisitio utrum Guido de Roche-Chiward et Sibilla uxor ejus et Adomarus de Archiaco sint cohæredes earundem Johannæ et Cecilie.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædicta Sibilla uxor Guidonis de Roche-Chiward et prædictus Adomarus de Archiaco sunt cohæredes et participes prædictarum Johannæ et Cecilie de hæreditate dictæ Matildis, quia dicunt quod prædicta Sibilla fuit filia prædictæ Matildis et soror prædictarum Johannæ et Cecilie, et prædictus Adomarus fuit filius et hæres' cujusdam Mabilie quæ fuit quarta filia prædictæ Matildis et soror prædictarum Johannæ et Cecilie; et sic sunt cohæredes et participes prædictarum Johannæ et Cecilie de hæreditate prædicta. Dicunt etiam quod prædicti Sibilla et Adomarus sunt ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Bedford'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 4 ter; et 32 Edw. I. m. 1.*]

36. JOHANNES DE HERIZ. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis Le Heriz est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis viginti et unius annorum ad festum Sancti Gregorii in Martio proximo præteritum. [*Inquisitio facta 1^o die Julii.*] Derby'.

Johannes filius prædicti Johannis de Heryz est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis viginti unius anni in Vigilia Sancti Gregorii proximo præteriti. [*Inquisitio facta 26^o die Junii.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 12.*]

37. INGELRAMUS DE BALLIOLO. *Inq. p. m.*

Henricus de Percy, filius Henrici de Percy, consanguineus ejusdem Ingelrami est propinquior hæres ejusdem Ingelrami, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 22.*]

38. WILLIELMUS DE CODSTEDE *alias* COTSTED'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Willielmi de Cotsted' est ejus hæres propinquior et de ætate duorum annorum et dimidii. Cant'.

39. ROGERUS LE SAUVAGE *alias* SAWAGE *alias* SAVAGE (FILIUS MARGERLE LA SAVAGE). *Inq. p. m.*

Dicunt prædicti jurati quod Claricia filia Rolandi de Ocstede est una hæredum prædicti Rogeri et de ætate viginti quinque annorum; Alina filia Rolandi de Ocstede est similiter una hæredum prædicti Rogeri et ætatis viginti quatuor annorum; Lucia filia dicti Rolandi est una hæredum dicti Rogeri Le Sauvage et ætatis viginti trium annorum. Item dicunt quod Thomazina filia dicti Rolandi est similiter una hæredum dicti Rogeri et ætatis viginti duorum annorum. Cant'.

Prædictus Rogerus Le Sawage fuit infra ætatem et in custodia domini Regis existens die quo obiit. * * * Claricia, Alina, Lucya et Thomazina, sorores Margerix matris dicti Rogeri Le Sawage defuncti, sunt propinquiores hæredes dicti Rogeri Le Sawage defuncti; et est Claricia ætatis viginti quinque annorum et maritata Martino Senche; et Alina ætatis viginti quatuor annorum et maritata Johanni de Hamme; et Lucya est ætatis viginti trium annorum et maritata Johanni Le Sawage; et Thomazina est ætatis viginti duorum annorum et non est adhuc maritata. Surr'.

[*Vide n° 69 hoc anno; et Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 18.*]

40. RICARDUS DE ARCY. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Ricardi de Arcy est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta 4° die Julii.*] Lincoln'.

41. AGNES QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI LE ESTUR. *Inq. p. m.*

Quædam Matilda de Gadecombe dedit dicto Willielmo Le Estur filio et hæredi suo et dictæ Agneti in libero matrimonio manerium de Kauleborne tenendum sibi et hæredibus de corpore eorum procreatis 'de prædicta Matilda.' * * Prædictum manerium debet reverti ad Baldewinum de Insula, filium et hæredem Galfridi de Insula fratris et hæredis prædicti Willielmi Le Estur, eo quod idem Willielmus et Agnes prædicta obierunt sine hærede de corpore eorum procreato. * * Dictus Baldewinus est de ætate viginti quatuor annorum et amplius. * * Prædicta Agnes quæ fuit uxor Willielmi Le Estur tenuit die quo obiit manerium de Wytewell de hæreditate dicti Baldewini, nomine dotis. Southampton'.

[*Vide a° 20 Edw. I. n° 16.*]

42. OLIVERUS DE DYNEHAM. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod Jocus de Dyneham, filius prædicti Oliveri de Dyneham, est propinquior hæres ejusdem Oliveri. Et etiam dicunt quod est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Somerset'.

Jocus filius prædicti Oliveri est propinquior hæres ejusdem Oliveri, et est de ætate viginti sex annorum et amplius. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 19.*]

43. HAWYSIA GRELLE *alias* GREYLE *alias* GRELLEY. *Inq. p. m.*

Quidam Thomas est filius et hæres propinquior ejusdem Hawysiaë, et fuit in Vigilia Sancti Laurentii anno regni Regis Edwardi 27^o de ætate viginti annorum. Leicestr'.

Prædicta Hawysia tenuit manerium de Casterton' die quo obiit nomine dotis de hæreditate Roberti de Grelle quondam mariti sui. * * * Thomas de Grelle filius prædictæ Hawysiaë est propinquior hæres ipsius Hawysiaë, et fuit ætatis viginti annorum in vigilia Sancti Laurentii ultimo præterita. Roteland'.

44. WALTERUS DE LA POYLE *alias* POILE. *Inq. p. m.*

Tenuit manerium de Hampton' Stevene cum advocacione ecclesie ejusdem villæ de domino Rege in capite ratione cujusdam Alicie de Hampton' uxoris suæ, quæ modo superstes est, quam desponsaverat. * Quæ quidem Alicia diu antequam prædictus Walterus eam desponsavit sola tenuit manerium prædictum cum advocacione prædicta. * Et sic prædictum manerium cum pertinentiis simul cum advocacione prædicta post mortem ejusdem Walteri prædictæ Alicie remanere debet ut illud quod est de hæreditate ipsius Alicie. * * * Johannes de La Poyle filius prædictorum Walteri et Alicie est propinquior hæres ejusdem Walteri, et est ætatis viginti duorum annorum. Oxon'.

Walterus de La Poyle nihil tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in comitatu prædicto nec de aliis, quia prædictus Walterus feoffavit Johannem de La Poyle filium suum et Isabellam uxorem ejus 'de manerio de La Poyle in comitatu prædicto' per quinque annos ante mortem suam. * Johannes de La Poyle est propinquior hæres prædicti Walteri de La Poyle patris sui et est ætatis viginti quatuor annorum. Middlesex'.

Johannes de La Poile filius dicti Walteri propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti quinque annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 23.*]

45. ROGERUS LE SAUVAGE, DE PECCO. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Rogeri Le Sauvage defuncti propinquior hæres ejusdem Rogeri est et ætatis viginti [*Inquisitio facta 28^o die Aprilis.*] Surr'.

Johannes filius Rogeri Le Sauvage est propinquior hæres ejus, et erit de ætate decem et novem annorum ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ proximo futurum. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Sancti Augustini.*] Derby'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 14.*]

46. NICHOLAUS DE ALDITHELE *alias* ALDITHELEYE. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Nicholai est ejus propinquior hæres et fuit in Quindena Paschæ proximo præterita ætatis decem annorum. Salop'.

47. WILLIELMUS DE CRYKETOT *alias* CRIKETOFT. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Willielmus filius prædicti domini Willielmi de Criketoft est ejus propinquior hæres, et quod est ætatis vigintitrium annorum et amplius. Item, quod prædictus dominus Willielmus de Criketoft obiit primo die Maii anno supradicto [27°].

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 14.*]

48. ROBERTUS ACHARD. *Inq. p. m.*

Jurati dicunt per sacramentum suum quod prædictus Robertus nullas terras aut tenementa tenuit de domino Rege in capite in comitatu Berk' in dominico suo ut de feodo die quo obiit, nisi ad terminum vitæ suæ tantum. Sed dicunt quod aliquo tempore tenuit manerium de Spersholt et manerium de Aldremanston' cum pertinentiis in eodem comitatu de domino Rege in capite per servitium feodi unius militis. Et postea ex licentia domini Regis dedit cuidam Magistro Ricardo de Coleshull' maneria prædicta cum pertinentiis: * qui quidam Magister Ricardus de maneriis prædictis cum pertinentiis obiit seisitus, post cujus mortem Elyas de Coleshull', frater prædicti Magistri Ricardi et proximus hæres ejus, intravit in maneriis prædictis et domino Regi homagium suum fecit pro eisdem. * Et post seisinam suam pacifice habitam prædictus Elyas per finem levatum in curia domini Regis, inter ipsum Elyam et præfatum Robertum Achard, concessit eidem Roberto maneria prædicta cum pertinentiis, simul cum dote Isabellæ matris ipsius Roberti cum acciderit, tenenda de domino Rege qui est capitalis dominus feodi illius tota vita prædicti Roberti per servitia quæ ad illa maneria pertinent. Ita quod post decessum ipsius Roberti prædicta duo maneria cum pertinentiis integre remanerent Roberto filio Elye de Coleshull' et hæredibus suis; * per quod illa tenementa cum pertinentiis post mortem præfati Roberti Achard prædicto Roberto filio Elyæ de Coleshull' per prædictum finem in curia domini Regis ex licentia ipsius Regis remanere debent; qui quidem Robertus filius Eliæ est infra ætatem, scilicet, novemdecim annorum et dimidii. * * Et dicunt per sacramentum suum quod Willielmus Achard, frater prædicti Roberti Achard, est propinquior hæres ejus de sanguine, et est ætatis triginta annorum et amplius; sed de terris et tenementis prænomminatis nihil habere potest jure hæreditario eo quod omnia tenementa prædicta per virtutem finis prædicti, sicut prædictum est, prædicto Roberto filio Elye de Coleshull' remanere debent; qui quidem Robertus nunc est infra ætatem, ut superius dictum est. Dicunt etiam quod Isabella mater prædicti Roberti Achard fere tenet duas partes prædicti manerii [de Spersholt] tum in dotem per assignationem ejusdem Roberti tum per warrantiam pro terris quas idem Robertus alienavit quæ modo non extenduntur. Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 21.*]

49. RICARDUS FOLIOT ET JORDANUS FOLIOT. *Inq. p. m.* [*Sunt duo Brevia de Diem clausit extremum.*]

Inquisitio de terris et tenementis quæ fuerunt Ricardi Foliot, et etiam quæ fuerunt Jordani Foliot, facta apud Elbor' 23° die Junii.

* * Dicunt [jurati] quod Jordanus filius prædicti Ricardi fuit proximus hæres ipsius Ricardi die obitus sui et ætatis quinquaginta annorum et amplius; qui Jordanus postea obiit infra quinque septimanas post mortem prædicti Ricardi patris sui. * * Et dicunt quod prædictus Jordanus et Margeria uxor ejus, conjunctim feoffati per Ricardum Folyot de maneriis de Northon' et Fenewyk', tenuerunt dicta maneria die obitus prædicti Jordani de Henrico de Lacy Comite Lyncoln' per servitium trium feodorum militum, quæ Margeria adhuc superstes est. * Dicunt etiam quod Ricardus filius ejusdem Jordani est ejus hæres propinquior et fuit ætatis quindecim annorum ad Natale Domini proximo præteritum. Ebor'.

50. MILISENTA DE MONTE ALTO. *Inq. p. m.*

Willielmus La Zouche fuit filius Milisentæ de Monte Alto, et est hæres ejus propinquior; et fuit ætatis viginti duorum annorum ad festum Sancti Thomæ Apostoli ante Natale Domini anno regni Regis Edwardi vicesimo septimo. Warewic'.

Willielmus La Soche est filius et propinquior hæres prædictæ Milisentæ et fuit ætatis viginti et unius anni octodecimo die Decembris anno supradicto [27°]. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin., 11 Edw. I. m. 23; et 27 Edw. I. m. 21.*]

51. PHILIPPUS PAYNEL. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Philippi Paynell' est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis unius [anni] in Vigilia Natalis Domini proximo præteriti. [*Inquisitio facta 25° die Junii.*] Lincoln'.

Johannes filius prædicti Philippi Paynel est propinquior hæres dicti Philippi et ætatis duorum [annorum]. [*Inquisitio facta 26° die Junii.*] Dorset'.

52. RADULPHUS FILIUS BERNARDI. *Extenta manerii de Thunderley alias Thundryle facta de assensu ipsius Radulphi.*

53. WILLIELMUS DE GOUIZ. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johanna et Alicia filiæ prædicti Willielmi de Gouiz sunt propinquior hæres ejusdem Willielmi, et quod dicta Johanna est ætatis quatuordecim annorum et dicta Alicia est ætatis decem annorum. Dorset'.

Sunt etiam extente anno 28° factæ de terris et tenementis prædicti Willielmi, de quibus Johannes Le Latimer, qui Johannam primogenitam filiam et hæredem Willielmi de Gouiz de licentia Regis duxit in uxorem, custodiam duarum partium habet usque ad legitimam ætatem hæredum dicti Willielmi, et de quibus Petronilla quæ fuit uxor ipsius Willielmi (et quæ est in partibus transmarinis per protectionem Regis) plus habet in dotem quam habere debet, prout præfatus Johannes paratus est ostendere.

54. ALANUS DE PLUGENET *alias* PLOGENET *alias* PLOKENETH'. *Inq. p. m.*

Alanus filius dicti Alani est propinquior hæres ejusdem, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Somerset'.

Tenuit manerium de Genge simul cum Johanna uxore ejus conjunctim sicut perquisitum ipsorum Alani et Johannæ et hæredum suorum de domino Rege in capite. * * Prædictus Alanus nihil juris habuit in eodem manerio nisi liberum tenementum ad terminum vitæ suæ, eo quod quidam Radulphus Le Viscounte miles dedit prædictum manerium cum pertinentiis prædictis Alano et Johannæ uxori ejus et hæredibus eorum. * * * Alanus filius Alani de Plogenet nuper defuncti est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. * Prædictum manerium cum pertinentiis post decessum prædicti Alani remanere debet Johannæ uxori prædicti Alani ut illud quod est de perquisito ipsorum Alani et Johannæ. Berk'.

Dicunt [juratores] quod idem Alanus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit de centum solidatos annui redditus in Tangeleygh' in comitatu prædicto [Southampton'], et dicunt quod Andreas Wake dedit prædictos centum solidatos annui redditus dicto Alano cum Johanna filia sua in liberum maritagium. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 22.*]

55. JOHANNES GIFFARD', DE BRIMMESFELD'. *Inq. p. m.*

Prædictus Johannes Giffard' tenuit die quo obiit per legem Angliæ, de hæreditate Matildæ Lungespeye apud Corfham et Colmyton' quædam tenementa de domino Rege in capite. * * * Margareta Comitissa Lincoln', Katherina uxor Nicholai de Auditheley, Alianora Giffard' et Matilda Giffard', filiæ prædictæ Matildæ de Lungespeye, sunt propinquiores hæredes ejusdem Matildæ Lungespeye. Et prædicta Margareta est ætatis triginta annorum, et prædicta Katherina est ætatis viginti septem annorum, et prædicta Alianora est ætatis viginti quatuor annorum et prædicta Matilda est ætatis viginti duorum annorum. Salop'.

Johannes filius prædicti Johannis Giffard est propinquior hæres ejus et est ætatis tredecim annorum. Oxon'.

Johannes Gyffard filius prædicti Johannis Gyffard est ipsius Johannis Gyffard propinquior hæres, et erit in festo Sancti Michaelis jam proximo futuro anno quo supra [27^o] ætatis duodecim annorum. Hereford'.

Johannes Giffard est filius et propinquior hæres dicti Johannis Giffard nuper defuncti, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Nat' [Nativitatis vel Natalis] Beati Johannis Baptistæ proximum præteritum. [*Inquisitio facta 14^o die Julii.*] Wiltes'.

Est etiam Inquisitio de terris in Orcheston' Sancti Georgii de quibus Margareta quæ fuit uxor Johannis Giffard', adhuc superstes, cum præfato viro suo conjunctim feoffata fuit.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 2 quater.*]

56. WILLIELMUS LE VAVASSUR pro CAPELLA SANCTI LEONARDI DE HESLOWODE. *Inq. ad q. d.*

‡ 57. *Literæ W. Coventr' et Lichfeld' Episcopi W. de Hamelton' locumtenenti Cancellarii Angliæ; de tribus inquisitionibus ei missis, de tenebris concessis Prioribus Sanctæ Katherinæ extra Lincoln' et Sancti Edmundi Cantabr'.*

- 58 a. PHILLIPUS LE PETYT, *qui pro feloniam abjuravit regnum. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
- 58 b. *De anno 23° Edw. I. n° 138.*
59. RICARDUS BROM DE ASTONE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
60. RICARDUS DE AFTON' *vel* ASTON'—*pro WILLIELMO LE IREYS, ET PETRO SPROT. Inq. ad q. d.*
61. PRIOR ET CONVENTUS DE MERTON'. *Dux Inq. ad q. d. de an. 25° et 27°.*
62. ABBAS DE KIRKESTEDE. *Inq. ad q. d.*
63. WILLIELMUS DE POTTESLEPE, *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
64. THOMAS DEUWY, DE TREUERU. *Inq. p. m.*
 Thomas filius prædicti Thomæ Deuwy propinquior hæres ejus est, et est de ætate triginta annorum et amplius. Cornub'.
65. PRIOR DE MARKEBY. *Inq. ad q. d.*
66. WILLIELMUS DE WESTGATE, *defunctus. De terris suis, quæ in manu Regis existunt tanquam eschaeta.*
 De qua terra Elena quæ fuit uxor ipsius Willielmi tenet duo burgagia in villa de Aberconewey &c. * nomine dotis ad terminum vitæ suæ. [*Inquisitio facta a° 28°.*] Northwall'.
67. JACOBUS MARTEL, *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
68. ROBERTUS TUPEHEVED', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
69. JOHANNES LE SAUVAGE ET LUCIA UXOR EJUS — *pro MARTINO SENCH alias SHENCHE ET CLARICIA UXORE EJUS. Inq. ad q. d.*
 Dicunt [juratores] quod prædictum manerium de Hocstede fuit cujusdam Rolandi de Hocstede qui inde obiit seiscitus, et post cujus mortem per descensum hæreditarium devenit quibusdam Lucie Claricie et aliis filiabus prædicti Rolandi. Surr'.
 [*Vide n° 39 hoc anno.*]
70. ADAM FILIUS RICARDI ELYS, *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
71. JOHANNES DE COLUMBARIIS. *Inq. ad q. d.*
72. ELIAS DE SUTTON' — *pro PRIORISSA ET CONVENTU DE ACORNEBURY. Inq. ad q. d.*
73. ABBAS SANCTI AUGUSTINI CANTUARIÆ. *Inq. ad q. d.*
74. WILLIELMUS LE PROCURATOR, *rebellis. De terris suis.*
75. HENRICUS DE PYNKENY—*pro THOMA WALE. Inq. ad q. d.*
76. *De anno 18° Edw. I. n° 157.*
77. ALIANORA KYRIEL—*pro WILLIELMO INGE. Inq. ad q. d.*

78. JOHANNES GIFFARD, *defunctus*. *De prima seisina terrarum dicti Johannis quam Humfridus de Bohun Comes Hereford' habere debet ratione libertatis suæ de Breken'.*
79. JOHANNES DE WOTTON' — *pro* JOHANNE FILIO ET HÆREDE SUO ET KATHERINA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
80. JOHANNES WAWEPOL — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE WYNCHECUMBE. *Inq. ad q. d.*
81. THOMAS DE CHERTHAM — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS CANTUAR'. *Inq. ad q. d.*
82. GILEBERTUS DE WOLAVYNTON' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE CLYVE. *Inq. ad q. d.*
83. BURGENSES DE OVERTON'. *De terris &c. quæ sunt de eschaetis Regis: et Inquisitio ad quod damnum.*
84. JOHANNES WYCHARD, *rebellis*. *De manerio suo de Menilawes.*
 Johannes Wychard inimicus domini Regis tenuit manerium de Manilawes, ratione maritagii Johannæ uxoris suæ, de Roberto de Ros de Werk' qui fuit inimicus domini Regis. Northumbr'.
85. NICHOLAUS DE ROTHERFORD' ET NICHOLAUS DE FAWSIDE ET LORETTA UXOR EJUS, *rebelles*. *De terris eorum.*
86. ABBAS ET CONVENTUS DE VALLE DEI. *Inq. ad q. d.*
87. ROBERTUS DE PETTEMERE *Capellanus* — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS SUBIR'. *Inq. ad q. d.*
88. *Deest*. [*Petitio Regi porrecta per homines de Merioneth, Kaernarvan et Angleseie.*]
89. *Deest*. [*Alanus La Zouch — pro Abbate de Bona Requie.*]
90. DECANUS ET CAPITULUM BEATI PETRI EBOR'. *De seisina haic de Langwath'.*
91. *De anno 20° Edw. I. n° 172.*
92. *De anno 25° Edw. I. n° 125.*
93. ROBERTUS FILIUS ROBERTI COFFYN — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE SEMPYNHAM. *Inq. ad q. d.*
94. WALTERUS LE ABBE ET RADULPHUS DE ALBA MARLIA — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE TAVISTOK'. *Inq. ad q. d.*
95. ALICIA FILIA HENRICI LE PARKER, *fatua*. *De statu ipsius Aliciæ.*
 Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædicta Alicia compos mentis suæ fuit a nativitate sua usque in annum regni Regis Edwardi vicesimum tertium, quo anno incidit in morbum caducum et paralisim per quod devenit fatua. Præterea dicunt quod eadem Alicia vendidit Johanni de Maydestane omnia tenementa quæ habuit de hæreditate sua in Maydestane dum compos mentis suæ fuit. Cant'.
96. MAGISTER HOSPITALIS SANCTI LEONARDI EBOR'. *Inq. ad q. d.*
97. PRIOR ET FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIE DE MONTE CARMELI DE NORTHAMPTON'. *Inq. ad q. d.*
98. ROBERTUS PAKEMAN ET THOMAS DE LEYCESTR', ET PETRUS DE BLOCKELE — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE COVENTRE. *Duæ Inq. ad q. d.*

99. RICARDUS DE HEDERSETE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE VALLE REGALI. *Inq. ad q. d.*
100. RADULPHUS DE BLECLING', RICARDUS FRAUNCEYS ET RICARDUS DE COLDINGHAM, *rebelles. De terris suis.*
101. JOHANNES FILIUS ET HÆRES GALFRIDI DE RUMESYE *alias* ROMESYE, *idiota. De statu ipsius Johannis.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus 'Johannes' filius et hæres præfati Galfridi de Romesye defuncti fuit compos mentis suæ a nativitate sua hucusque: tamen dicunt quod in anno quo fuit ætatis quindecim annorum accidit in morbum caducum. Præterea dicunt quod præfatus Johannes filius et hæres prædicti Galfridi, in anno quo fuit ætatis viginti et quatuor annorum, feoffavit Alanum de Plogenet militem Johannam uxorem ejus et hæredes præfati Alani de omnibus terris et tenementis quæ habuit in Modiford' Terry per mortem prædicti Galfridi patris sui, habita prius plena et pacifica seisina de omnibus terris et tenementis prædictis, et fuit compos mentis suæ die feoffamenti prædicti. Et dicunt quod Johanna de Plogenet quæ fuit uxor præfati Alani terram illam modo tenet.

Somerset'.

præterito. * Et dicit quod baptizatus fuit in ecclesia Omnium
Sanctorum de West Markham, et Thomas Barbot et Willielmus Le
Taillour fuerunt compadres prædicti hæredis et quædam domina
Juetta de West Markham fuit commater. Dicit etiam quod mater
dicti hæredis purificata fuit in dicta ecclesia quodam die Sabbati
circiter tres septimanas post nativitatem dicti hæredis. *
Henricus de Sutton' manens apud Walesby ætatis quadraginta quatuor
annorum, distans a prædicta villa de West Markham per duas leucas
juratus &c. dicit quod prædictus hæres est plenæ ætatis, et de
tempore, loco nativitatis et baptismatis, compatribus et commatre,
concordat cum præjurato. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod
prædictus hæres habet quandam sororem, Elloram nomine, quam ipse
Henricus debuit aliquo tempore desponsasse per prælocutionem

factam inter patrem dicti hæredis et avunculum ipsius Henrici; et dicit quod certus dies assignatus fuit inter eos pro negotio illo expediendo, videlicet, apud West Markham die Martis in crastino nativitatis dicti hæredis, a quo die fuerunt elapsi viginti unus anni die Martis in septimana Paschæ proximo præterita; et dicit quod quia concordare non potuerunt de matrimonio illo ipse Henricus desponsavit quandam Isabellam, modo uxorem suam, ad festum Purificationis proximo sequens, a quo tempore erunt elapsi viginti unus anni ad festum Purificationis proximo futurum. *

Rogerus Crescy de Est Markham manens ibidem ætatis triginta octo annorum, distans a West Markham per unam leucam juratus &c. de ætate, loco nativitatis, compatribus et commatre, adiciendo quod Capellanus baptizans vocabatur Johannes Le Neyr, concordat cum præjuratis. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod ipse fuit cum Johanne de Lysours milite qui desponsavit matrem prædicti hæredis post matrem [mortem] patris prædicti hæredis, videlicet, ad festum Beatæ Mariæ Magdalene; et dicit quod a tempore illo erunt viginti unus anni elapsi ad festum Beatæ Mariæ proximo præteritum, et dicit quod prædictus hæres tunc fuit ætatis duorum annorum et amplius prout a fidedignis intellexit. * * * *

Willielmus de West Markham manens ibidem ætatis quadraginta quinque annorum juratus &c. de ætate, loco nativitatis, baptizmate et omnibus aliis concordat cum præjuratis. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod ipse tunc temporis stetit cum quodam Roberto avunculo suo cujus filia mater prædicti hæredis fuit: et dicit quod ipse fuit præsens in villa quando hæres natus fuit et in ecclesia quando baptizatus fuit, et hoc vidit. * * * *

Et quæsitum est ab eodem hærede si sit maritatus, necne, dicit quod non. Et super hoc per Thesaurarium testatum est quod dominus Rex obtulit prædicto hæredi unam filiarum Adæ de Cretingges defuncti, qui quidem hæres, visis filiabus prædictis, consensit ad einciam earundem ducendam in uxorem. Et quia idem Thomas sufficienter ætatem suam coram domino Rege probavit et etiam apparet per aspectum corporis ejusdem hæredis quod ipse est plenæ ætatis, videlicet, viginti unius annorum, et etiam assensit prædicto maritaggio per dominum Regem sibi oblato, ut prædictum est, ideo prædictus hæres habeat seisinam terrarum et teneamentorum suorum ipsum de hæreditate sua contingentium &c. Nottingham'.

[Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 14; et 33 Edw. I. m. 12.]

*159. JOHANNA UXOR JOHANNIS LE LATYMER PRIMOGENITA FILIA ET UNA HÆREDUM WILLIELMI DE GOUIZ. *Probatio ætatis facta 28^o die Augusti a^o 29^o.*

Radulphus de Rochefort miles ætatis quinquaginta annorum, juratus et examinatus super ætate prædictæ Johannæ, dicit quod prædicta Johanna fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Sanctæ Trinitatis proximo præteritum. Et idem requisitus [est] qualiter hoc scit, qui dicit quod prædicta Johanna nata fuit in partibus Normanniæ, et vidit eandem Johannam cum Willielmo de Gouyz patre suo apud Schireborn' coram Johanne de Metyngham et sociis suis Justiciariis itinerantibus in comitatu Dorset' in crastino Sanctæ Trinitatis anno

regni Regis Edwardi nunc sextodecimo, et tunc fuit ætatis trium annorum et amplius, et eodem die idem Radulphus factus fuit coronator domini Regis in comitatu Dorset', et per hoc recolit quod tantum tempus est elapsum. * * * *

Henricus de Sancta Barba ætate sexaginta annorum, juratus et examinatus super ætate prædictæ Johannæ, dicit quod prædicta Johanna fuit ætatis sexdecim annorum et amplius ad festum Nat' [Nativitatis vel Natalis] Beati Johannis Baptistæ proximo præteritum. Et idem Henricus requisitus [est] qualiter hoc scit, qui dicit quod fuit in communio cum Willielmo de Gouiz apud Develysch' die dominica proxima post festum Nat' Beati Johannis Baptistæ anno regni domini Edwardi Regis nunc decimo quinto; et die Dominica proxima ante prædictum festum Sancti Johannis eodem anno venit prædicta Johanna de Normannia in Angliam, et tunc vidit ibidem præfatam Johannam et tunc fuit ætatis duorum annorum et dimidii. * * * * Dorset'.

* 160. THOMAS FILIUS ET HÆRES WILLIELMI DE WODEHAM. *Probatio ætatis facta apud Westmonasterium 28^o die Martii.*

Henricus de Gynses ætatis quinquaginta annorum, juratus et examinatus super ætate prædicti Thomæ filii et hæredis prædicti Willielmi de Wodeham, dicit quod prædictus Thomas filius et hæres prædicti Willielmi fuit ætatis viginti duorum annorum tertio die ante festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ ultimo præteritum. Et hoc scit quia natus fuit apud North Shobury in comitatu Essex' tertio die ante festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ anno regni domini Edwardi Regis nunc quinto, et in ecclesia ejusdem villæ de North Shobury in Vigilia Nativitatis Beati Johannis Baptistæ eodem anno baptizatus. * * * * Essex'.

* 161. HENRICUS CONSANGUINEUS ET HÆRES HENRICI FILII CONANI DE KELKEFELD'. *Probatio ætatis capta coram Rege apud Ebor' in termino Sancti Hilarii.*

Willielmus de Ebor' manens apud Lesingby ætatis sexaginta annorum, distans de Sokeburn' ubi prædictus hæres natus fuit per undecim leucas, juratus et diligenter examinatus, dicit quod prædictus hæres est plenæ ætatis, videlicet, viginti unius annorum et amplius, eo quod fuit viginti duorum annorum die Lunæ proxima post festum Sancti Lamberti Episcopi proximo præteritum. * * Dicit etiam quod quidam Henricus filius Conani, avus prædicti hæredis, tempore nativitatis prædicti hæredis manens fuit apud Leverton' quæ distat de Lesingby per quinque leucas, et quod statim post nativitatem prædicti hæredis venerunt nuncii ad prædictum Henricum filium Conani nunciantes ei de nativitate prædicti hæredis et supplicarunt ei quod ipse veniret ad prædictum hæredem baptizandum, qui infirmitate detentus ibidem venire non potuit, sed mandavit quod imponerent prædicto hæredi nomen suum sive masculus fuerit sive fœmina. Dicit etiam quod baptizatus fuit apud Sokeburn' in parochiali ecclesia ejusdem villæ. * * *

Willielmus Le Cerf' ætatis quadraginta annorum, manens apud Catherton' distans a Sokeburn' per quadraginta leucas et amplius juratus &c. de ætate, loco nativitatis, capellano baptizante, compatribus, commatre, concordat cum præjuratis, et de mandato prædicti

Henrici avi prædicti hæredis. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod Conanus pater prædicti hæredis fuit tam teneræ ætatis tempore quo mater prædicti hæredis fuit de eo prægnans, quod dicebatur communiter quod ipse Conanus prolem suscitasse non potuit; propter quod post nativitatem prædicti hæredis maxima locutio fuit inde per patriam. * * *

Michael de Cnapton' ætatis sexaginta annorum, manens apud Cnapton' distans a Sokeburn' per quadraginta leucas et amplius juratus &c. de ætate, loco nativitatis, concordat cum præjuratis, de capellano baptizante, compatribus et commatre ignorat. Requisitus qualiter scit de ætate, dicit quod prædictus hæres fuit sex annorum et amplius tempore mortis prædicti Henrici avi sui, et quod a morte ipsius avi elapsi sunt sexdecim anni; et dicit quod tempore mortis prædicti Henrici avi sui fuit prædictus hæres cum avo suo, et tunc vidit prædictum hæredem qui fuit sex annorum et amplius, sicut prædictum est. * * * Ebor'.

*162. ROGERUS DE MOUBRAY, *defunctus. Extenta terrarum quas Johannes de Creppinges habet in custodia sua de hæreditate Johannis filii et hæredis dicti Rogeri Moubray, unde Roesia quæ fuit uxor ipsius Rogeri clamat dotem suam.*

*163. *De omnibus habentibus quadraginta libratas terræ vel redditus vel amplius in comitatu Surr'.*

†164. ADAM CALNEKNAVE vel CALVEKNAVE, *rettatus de morte ROBERTI LE MACHUN alias MACON quem interfecit per infortunium die Lunæ ante festum Sancti Mattheæ Apostoli a° 28°.*

†165. JOHANNES DE BRUMPTON *alias BROMPTON', qui tenuit de hærede Briani [Walteri in Brevi] de Brumpton'. Inq. p. m.*

Inquisitio de terris et tenementis quæ Johannes de Brumpton' tenuit die quo obiit in dominico suo ut de feodo de hærede Briani de Brumpton' infra ætatem et in custodia domini Regis existente. * *

Idem Johannes et Johanna uxor ejus conjunctim tenuerunt manerium de Murival de hærede prædicto per parvam serjantiam. * * Henricus filius prædicti Johannis et Johannæ est eorum hæres propinquior; et fuit ætatis trium annorum in festo Sancti Laurentii proximo præterito. [*Inquisitio facta 6° die Septembris.*] Hereford'.

†166. JOHANNES DE SOLARIIS *alias SOLERS. Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Solers est ipsius Johannis de Solers hæres propinquior, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin., 28 Edw. I. m. 7; et 33 Edw. I. m. 12.*]

†167. THOMAS FILIUS JOHANNIS LE MARESCHALL' DE OXON'—*pro CUSTODE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS EXTRA PORTAM ORIENTALEM OXON'. Inq. ad q. d.*

†168. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR REGINALDI FILII PETRI,—*pro REGINALDO FILIO REGINALDI. Inq. ad q. d.—De proparte sua ipsam contingente de hæreditate quæ fuit Matildæ de Kyme matris prædictæ Johannæ.*

*169. EDMUNDUS BARO STAFFORD'—*pro MINISTRO ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTÆ TRINITATIS DE TEVELESFORD'. Inq. ad q. d.*

- *170. ANDREAS DE SAUKEVILL' FILIUS ET HÆRES ANDRÆ DE SAUKEVILL'.
[Breve datum 13^o die Aprilis a^o 28^o.] *Probatio ætatis facta die Lunæ ante festum Annunciationis beatæ Mariæ a^o 29.*

Willielmus Le Paumer, de Etewell, ætatis quadraginta quatuor annorum et amplius, juratus et separatim examinatus super ætate dicti Andræ, dicit quod dictus Andreas natus fuit in villa de Rodburn' in comitatu Derby' et baptizatus in ecclesia Sancti Andræ ejusdem villæ 4^o die Aprilis anno regni Regis Edwardi nunc quinto. * * Dicit etiam quod die Inventionis Sanctæ Crucis proximo post nativitatem dicti Andræ fuit domina Ermetruda mater ipsius Andræ purificata apud Rodburn' quo die conviviavit ibidem, cujus convivio ipse Willielmus interfuit. * * * *

Johannes filius Roberti, de Rodburn', ætatis quadraginta annorum et amplius, juratus et separatim examinatus super ætate prædicta concordat cum prædicto Willielmo primo jurato de die loco et anno nativitatis ipsius Andræ, adiciens quod natus fuit in camera Henrici de Chaundos militis fratris dictæ Ermetrudæ apud Rodburn'.
* * * *
Derby'.

29^o Edw. I.

1. *Deest.* [EDWARDUS DE EYNECOURT.]

2. JOHANNES DE ESKEHEVEDE, *defunctus.* *De tempore mortis ejus, et de hærede, &c.*

Dictus Johannes de Eskehevede obiit octavo die Augusti anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto. * * Johannes filius prædicti Johannis est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti sex annorum.
Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 6.*]

3. RICARDUS DE HALSAM. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Ricardi est propinquior hæres ejusdem Ricard 'propinquior,' et est ætatis viginti duorum annorum et amplius.
Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 13.*]

4. WILLIELMUS LE CORUNER *alias* COROUNER SENIOR. *Inq. p. m.*

Willielmus Le Coruner junior filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis triginta unius annorum ad festum Pentecostes proximo præteritum. [*Inquisitio capta die Dominica post festum Exaltationis Sanctæ Crucis.*] Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 1.*]

5. *De anno 28^o Edw. I. n^o 165.*

6. MARIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE MERIET (*superstitis*). *Inq. p. m.*

Maria quæ fuit uxor Johannis de Meriet, quæ de domino Rege tenuit in capite quasdam terras et quædam tenementa de hæreditate sua,

maritata fuit Johanni de Meriet, qui quidem Johannes prolem femellam vivam suscitavit, prout per quandam inquisitionem quam [ego Eschaetor] inde cepi compertum est; qui quidem Johannes prædicta tenementa nunc tenet per legem Angliæ, propter quod prædictas terras et tenementa in manum domini Regis non cepi; quam quidem inquisitionem mitto huic Brevi consutam. [*In dorso Brevis.*]

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Johannes et Maria uxor ejusdem matrimonialiter conjuncti inter se prolem femellam vivam cum omnibus suis membris rectis suscitarunt, qui viva voce audita baptismum recepit et vocabatur Johanna; cujus prolis origine prædictus Johannes prædictas terras et tenementa tenere debet per libertatem Angliæ, ut supradictum est. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 9.*]

7. ROGERUS DE BAGGESORE *alias* BAGGESOUERE. *Inq. p. m.*

Philippus filius ejusdem Rogeri est propinquior hæres ejusdem Rogeri, et est ætatis duodecim annorum. Salop'.

8. GILBERTUS DE GAUNT, DE BINEBROK'. *Inq. p. m.*

Willielmus de Gaunt est filius et hæres propinquior Gilberti de Gaunt, et erit de ætate novemdecim annorum ad festum ad Vincula Sancti Petri anno prænominato [29°]. Leicestr'.

Willielmus de Gaunt filius prædicti Gilberti est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. [? Lincoln'.]

9. JOHANNES DE GOUSLE *alias* GOUSEL, *qui tenuit de filia et hærede Radulphi de Gousel (filii et hæredis Petri de Gousel) infra ætatem existente.*

Petrus de Gousel frater prædicti Johannis est hæres ipsius Johannis propinquior, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 8.*]

10. WILLIELMUS DE MURREVE *alias* MORREVIA. *Inq. p. m.*

Andreas de Morrevia 'interfectus apud Strivelyn contra dominum Regem,' filius quondam domini Andree de Morravia, habet quendam filium legitime procreatum qui commoratur in Morravia inter inimicos domini Regis, cujus nomen est Andreas ut credunt [juratores], [et] est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis duorum annorum ad Pentecosten anno regni Regis Edwardi vicesimo octavo. Berwick'.

[*Vide Rot. Fin., 17 Edw. I. m. 11.*]

11. GALFRIDUS DE NEVILL', *nuper defunctus.*

Johannes de Nevill' filius prædicti Galfridi nuper defuncti est propinquior ejus hæres, et est ætatis triginta annorum et amplius. Lincoln'.

Est etiam Breve de tenementis, quæ idem Galfridus tenuit de Galfrido filio et hærede Hugonis de Nevill', in manum Regis captis.

Tenementa in Brevi contenta fuerunt perquisitum Galfridi de Nevill' qui Margaretam de Nevill', quæ manerium de Appelby tenuit de domino Rege in capite per sergantiam, duxit in uxorem. Et quia

idem Galfridus ratione manerii illius quod fuit de hæreditate dictæ Margaretæ uxoris suæ obiit tenens domini Regis, Magister Henricus de Bray Eschaetor domini Regis citra Trentam occasione mortis ipsius Galfridi cepit tenementa in Brevi contenta in manum domini Regis una cum manerio prædicto; sed prædicta Margareta illud manerium per sectam suam a curia domini Regis 'ut jus suum' habuit deliberatum. [*In dorso Brevis.*]

[*Vide a° 13 Edw. I. n° 19.*]

12. YAREVORDUS DE RISTON' *alias* YAREFORDUS AB CADOUGAN DE RISTON'.
Inq. p. m.

Yarefordus filius prædicti Yarefordi est propinquior hæres ejusdem Yarefordi, et est ætatis quinquaginta annorum et amplius. Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 11.*]

13. JOHANNES DE ESHTON' *alias* ESTON'. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod dictus Johannes filius Roberti de Eston', quondam fratris dicti Johannis de Eston', est hæres propinquior tam prædicti Johannis de Eston' quam prædicti Roberti quondam fratris Johannis de Eston'. Dicunt etiam quod est ætatis viginti quinque annorum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 16.*]

14. SIMON DE CUMBE *alias* COMBE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johannes de Combe, frater prædicti Simonis de Combe, est hæres ejus propinquior apparens, et de ætate viginti duorum annorum; sed dicunt tamen Aliciam quæ fuit uxor prædicti Simonis de Combe esse prægnantem 'de eodem Simone'.
[*Inquisitio facta 4° die Decembris.*] Wiltes'.

Item, alia inquisitio facta 8° die Junii a° 29° de partu ejusdem Aliciæ.

Dicta Alicia peperit filium de prædicto Simone, nomine Ricardum, et est propinquior hæres prædicti Simonis et ætatis decem hebdomadarum. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 16.*—Quia Ricardus filius et hæres Simonis de Combe defuncti qui de Rege tenuit in capite, infra ætatem et in custodia Regis existens, diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est Waltero de Gloucestr' Eschaetori ultra Trentam quod si sibi constare poterit evidenter præfatum Ricardum defunctum esse, sicut prædictum est, tunc per sacramentum proborum &c. inquirat quantum terræ idem Ricardus tenuit de Rege in capite &c. et quantum de aliis &c. Teste Rege apud Lynliscu 23 die Januarii.]

15. JOHANNES DE BLABY, *qui tenuit de hærede Rogeri de Moubray infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johanna antenata filia prædicti Johannis de Blaby uxor Adæ de Horrewrth' ætatis triginta sex annorum, Alicia altera filiarum ejusdem Johannis uxor Roberti de Pothowe ætatis triginta quatuor annorum, Christiana tertia filiarum ejusdem Johannis uxor Willielmi de Snaynton' ætatis triginta trium anno-

rum, Elizabeth quarta filiarum ejusdem Johannis uxor Johannis de Alta Ripa ætatis triginta annorum, Cecilia quinta filiarum ejusdem Johannis uxor Roberti Gower ætatis viginti octo annorum, et Eustachia sexta filiarum ejusdem Johannis nondum maritata ætatis viginti duorum annorum, sunt propinquiores hæredes ejusdem Johannis. [*Inquisitio facta a^o 30^o.*]

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 16.*]

16. REGINALDUS LE FOWER DE SHRYVENHAM. *Inq. p. m.*

Johannes Le Fower de Shryvenham filius prædicti Reginaldi est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta duorum annorum et amplius. Berk'.

17. ILLARIA QUÆ FUIT UXOR HUGONIS TALEMASCH' defuncti. *De terris quas dicta Illaria tenet in dotem.*

18. RADULPHUS STRECH', defunctus. *De terris suis et custodia earundem; et de hærede.*

Robertus Strech' est filius prædicti Radulphi Strech' et propinquior hæres ejus et ætatis viginti annorum. Wigorn'.

19. CECILIA DE NEVILL'. *Inq. p. m.*

Johannes filius Cecilie de Nevill' est hæres ejus' propinquior et de ætate viginti sex annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 14.*]

20. MICHAEL DE KAUKEWELLE *alias* CAKEWELLE. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod Michael de Cakewelle die quo obiit nullas terras nec tenementa tenuit de domino Rege in capite in dominico suo ut de feodo in comitatu Norfolk' nec alibi; sed dicunt quod tenuit die quo obiit manerium de Neutone ad terminum vite sue, et non in dominico suo ut de feodo, de Roberto filio Walteri et Thoma Le Greley per servitium unius paris calcarium deauratorum. * * Dictum manerium de Neutone post decessum dicti Michaelis debet reverti Roberto filio Walteri et Thomæ de Le Greley et eorum hæredibus. Norfolk'.

21. PETRUS DE NUTTLE *alias* NUTTELE. *Inq. p. m.*

Dictus Petrus die quo obiit et Isabella uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim feoffati tenuerunt quasdam terras et tenementa cum pertinentiis in Preston'. * * Johannes filius dicti Petri est hæres ejusdem Petri propinquior, et est ætatis viginti et trium annorum. [? Ebor'.]

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 8.*]

22. RICARDUS DE TRETHAK' *alias* TRETHÆK'. *Inq. p. m.*

Mathæus de Trethæk', filius prædicti Ricardi de Trethæk', est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 12.*]

23. ROBERTUS DE PLESSETIS *alias* PLASSETIS *alias* PLESCIS *alias* PLECETIS, *qui tenuit per legem Angliæ. Inq. p. m.*

Idem Robertus tenuit manerium de Burton' juxta Thingedene die quo obiit de domino Rege in capite per legem Angliæ de hæreditate Elæ quondam uxoris suæ defunctæ. * * Johannes de Plassetis, filius prædictorum Roberti et Elæ, est propinquior hæres ejusdem, et est ætatis triginta annorum et amplius. Northampton'.

Johannes de Plescis est filius prædictorum Roberti et Elæ et propinquior hæres eorundem et ætatis quadraginta annorum. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 2.*]

24. THOMAS DE MOUBRAY. *Inq. p. m.*

Quidam Alexander de Moubray est filius et hæres propinquior prædicti Thomæ, et est de ætate viginti et unius anni et . . . Warewic'.

Item, de valore messuagii in Coventr' quod per exilium Judæorum ad manus Regis devenit.

25. NICHOLAUS MUSARD'. *Inq. p. m.*

Dominus Radulphus de Freshevyle filius Amiciæ quondam sororis dicti Nicholai Musard' antenatæ' ætatis viginti septem annorum et amplius defunctæ, Margareta soror ejusdem Nicholai adhuc vivens ætatis quinquaginta annorum et Johanna uxor Willielmi de Shelaston' filia Isabellæ quondam sororis ejusdem Nicholai defunctæ ætatis triginta annorum, sunt participes hæredes dicti Nicholai propinquiores. Derb'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 14.*]

26. NICHOLAUS BURDUN *alias* BORDON' *alias* BURDON'. *Inq. p. m.*

Nicholaus Burdon' est filius prædicti Nicholai Burdon' et propinquior hæres ejus et ætatis undecim annorum. Gloucestr'.

27. JOHANNES FAG, *qui tenuit de hærede Baldewini de Aldeham infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Johannes Fag filius 'prædicti' Johannis Fag est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis octodecim annorum in Vigilia Omnium Sanctorum proximo præterita. [*Inquisitio facta 28^o die Januarii.*]

Somerset'.

28. JOHANNES DE HODEBOVILE, DE AKETON'. *Inq. p. m.*

Johannes de Hodebovile est filius et hæres propinquior prædicti Johannis de Hodebovile et ætatis triginta annorum et amplius.

Suffole'.

* *Est etiam assignatio dotis Agnetis quæ fuit uxor dicti Johannis.*

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 15.*]

- ‡ 29 a. DOMINA —*Drax soca.—Extenta lacerata.*

- 29 b. CECILIA DE MUSCEGROS *alias* MUCHEGROS. *Inq. p. m.*

Hawisia 'uxor Johannis de Ferrariis' filia Roberti de Muchegros 'neptis dictæ Cecilie' est propinquior hæres 'ejusdem' Cecilie et 'est' ætatis viginti quinque annorum. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 8.*]

30. WILLIELMUS DE BROMFELD'. *Inq. p. m.—lacerata.*
Dicunt insuper [juratores] quod Robertus
Sussex'.
31. JOHANNES DE CAMOYS, [† *defunctus* :—*Vide Rot. Fin., 26 Edw. I. m. 9.*]
De maneriis quæ idem Johannes quondam tenuit antequam inde
feoffavit Alianoram Reginam Angliæ defunctam.
32. JOHANNES WAKE. *defunctus.* *De valore feodorum militum et advoca-*
tionum ecclesiarum.
33. MATILDA DE BELLO CAMPO COMITISSA WARWIK'. *Inq. p. m.*
Guido de Bello Campo filius prædictæ Matildæ est ejus hæres propin-
quior et ætatis triginta annorum et amplius. Wiltes'.
Guido de Bello Campo filius dictæ Matildæ est propinquior hæres
ejusdem Matildæ, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius.
Northampton'.
Inquisitio apud Cokereles Croys super montem de Bredon' facta.
* * Prædicta Matilda tenuit quædam tenementa in manerio de
Cumbrinton' unde conjunctim feoffata fuit cum Willielmo de Bello
Campo Comite Warwyk' quondam viro suo per Ricardum de Le-
dene. * * Guido de Bello Campo' Comes Warwyk' filius
prædictæ Matildæ de Bello Campo est propinquior hæres . . .
. . . 'Matildæ' et ætatis triginta annorum. Wigorn'.
[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 2 ; et 29 Edw. I. m. 8.*]
34. ISABELLA DE ROS *alias* ROOS. *Inq. p. m.*
Willielmus de Roos filius prædictæ Isabellæ est propinquior ejus
hæres, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Lincoln'.
Willielmus de Ros filius prædictæ Isabellæ est propinquior hæres
ejusdem Isabellæ, et est ætatis triginta annorum et amplius.
Northampton'.
[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 15 et m. 6.*]
35. JOHANNES DE VALLE TORTA, *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate*
Alicie uxoris suæ. *Inq. p. m.*
Johannes de Valle Torta, filius prædictorum Johannis de Valle Torta et
Alicie uxoris suæ, est hæres ejusdem Alicie propinquior, et est ætatis
triginta annorum et amplius. Surr'.
[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 10.*]
36. *De anno 28° Edw. I. n° 166.*
37. LAURENTIUS DE BLUNTESDON'. *Inq. p. m.*
Johanna filia prædicti Laurentii est ejus hæres propinquior et ætatis
novem annorum. Wiltes'.
Johanna filia dicti Laurentii est ejus hæres propinquior, et fuit de ætate
octo annorum ad Pascha proximo præteritum. [*Inquisitio capta die*
Veneris ante festum Sancti Gregorii Papæ.] Buckingham'.
[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 7.*]

38. ROGERUS DE TANY *alias* THANY. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod idem Rogerus et Johanna uxor ejus conjunctim fuerunt feoffati per Ricardum Tany, patrem præfati Rogeri, de manerio de Estwick' cum advocacione ecclesiæ ejusdem sibi et hæredibus ipsius Rogeri et quod præfati Rogerus et Johanna tenuerunt præfatum manerium cum advocacione ecclesiæ prædictæ de domina Johanna Wak et hæredibus Johannis Wak quondam viri ipsius Johannæ; et quod præfatus Rogerus sic obiit seisisus de prædicto manerio et advocacione die Lunæ proxima ante festum Sancti Bartholomæi anno supradicto [29º]. * * Laurentius Tany filius ipsorum Rogeri et Johannæ est propinquior hæres ipsius Rogeri et ætatis duorum annorum. Hertford'.

39. RADULPHUS DE ABBENHALE. *Inq. p. m.*

Jurati dicunt quod Johannes de Abbenhale est filius prædicti Radulphi et propinquior hæres ejus et ætatis triginta duorum annorum. Gloucestr'.

40. RICARDUS DE PESMERE *alias* PESEMERE, *qui tenuit de hærede Briani de Braunton' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Agnes filia dicti Ricardi propinquior hæres ejus est, et est de ætate fere unius anni. Berk'.

41. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR EDMUNDI PIPARD, ET WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES THOMÆ PIPARD NORMAN *qui infra ætatem obiit. [Inq. p. m.—Duo Brevia.]*

Margeria quæ fuit uxor Edmundi Pipard nihil tenuit in dominico suo ut de feodo in comitatu prædicto die quo obiit; sed tenuit in dotem, ut de hæreditate prædicti Willielmi filii et hæredis Thomæ Pipard Norman defuncti, terras et tenementa subscripta in villa de Wyngrave. * * Margeria quæ fuit uxor Thomæ Pipard Norman, patris prædicti Willielmi, tenet in dotem ut de honore [Walingford'] prædicto et de eodem feodo in prædicta villa in comitatu prædicto de hæreditate prædicta quatuordecim solidatas redditus per annum. * Johannes Pipard filius Willielmi Pipard, avunculus prædicti Willielmi filii et hæredis Thomæ Pipard Norman defuncti, est propinquior hæres prædicti Willielmi filii et hæredis Thomæ defuncti, et est ætatis triginta annorum et amplius. Buckingham'.

Johannes Pypard filius Willielmi Pipard, avunculus prædicti Willielmi filii et hæredis prædicti Thomæ Pypard' defuncti, est propinquior hæres prædicti Willielmi defuncti, et est ætatis viginti octo annorum et amplius. Suffolc'.

Johannes Pippard, frater Thomæ Pypard patris prædicti Willielmi Pippard, est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta annorum et amplius. Devon'.

[*Vide aº 28 Edw. I. nº 37; et Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 3.*]

42. JOHANNES DE WYVILL' *alias* WIVILL', *qui tenuit de Johanne filio et hærede Rogeri de Moubray infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Willielmus filius dicti Johannis est hæres ipsius Johannis propinquior, et fuit ætatis viginti et sex annorum ad Pascha proximo præteritum. Ebor'.

Willielmus filius Johannis de Wyvill' est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius.
Northampton'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 7.*]

43. ROGERUS DE CAROUN *alias* KAROUN. *Inq. p. m.*

Sibilla filia dicti Rogeri est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate unius anni ad festum Omnium Sanctorum proximum præteritum. [*Inquisitio capta die Sabbati post festum Sancti Petri ad Vincula.*]
Buckingham'.

44. WILLIELMUS LE BRUN. *Inq. p. m.*

Willielmus Le Brun filius prædicti Willielmi est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti unius annorum et amplius. Dorset'.

Dictus Willielmus et Isolda uxor sua, conjunctim feoffati per dominum Regem, tenuerunt die quo idem Willielmus obiit manerium de Fordingebrigg'. * Mauritius filius prædicti Willielmi est hæres eorum propinquior et de ætate viginti unius annorum et amplius.
Southampton'.

45. ROBERTUS CORBET. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejusdem Roberti, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Lucæ Evangelistæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta in crastino Sancti Hilarii.*]
Salop.

Thomas filius ejusdem Roberti Corbet est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Natalis Domini proximo præteritum. [*Inquisitio facta 8^o die Februarii.*]
Leicestr'.

Item, Inquisitio de terris de quibus idem Robertus et Matilda quæ fuit uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim feoffati fuerunt.

46. RICARDUS LE FLEMING' *alias* FLEMMYNG'. *Inq. p. m.*

Baldewinus Le Flemmyng' filius prædicti Ricardi Le Flemmyng' est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti et unius anni et amplius.
Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 3.*]

47. ROGERUS DE MOUBRAY, *defunctus*. *Inquisitiones (annis 26^o, 27^o, 28^o, et 29^o) de feodis militum et advocacionibus ecclesiarum quæ fuerunt dicti Rogeri, et de feodis quæ assignata fuerunt in dotem Roseicæ quæ fuit uxor ipsius Rogeri.*

48. ROBERTUS DE HUGHAM *alias* HUGHHAM. *Inq. p. m.*

Robertus filius prædicti Roberti de Hughham est ejus proximus hæres et de ætate novem annorum. [*Inquisitio facta 6^o die Julii a^o 29^o.*]
Cant'.

Robertus filius prædicti Roberti de Hughham est ejus proximus hæres et de ætate decem annorum. [*Inquisitio facta 15^o die Maii a^o 29^o.*]
Cant'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 7.*]

49. RICARDUS GOBIOUN. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Hawisia et Elizabeth filiæ prædicti Ricardi sunt propinquiore hæredes ejus; et quod prædicta Hawisia fuit ætatis octodecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum, et Elizabeth ætatis quatuordecim annorum in festo Sancti Cuthberti proximo præterito. [*Inquisitio facta ultimo die Januarii.*] Leicestr'.

Hawisia uxor Radulphi Le Bottiler, filia Ricardi Gobioun primogenita, et Elizabeth filia dicti Ricardi postnata, sunt propinquiore hæredes; et prædicta Hauwysia est de ætate octodecim annorum ad quod festum ignorant [juratores], et dicta Elizabeth fuit de ætate tredecim annorum ad festum Annunciationis Sanctæ Mariæ in Martio proximo præteritum. [*Inquisitio capta 29^o die Januarii.*] Bedford'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 13.*]

50. GUNCELINUS *alias* GOSCELINUS DE BADLESMERE. *Inq. p. m.*

Bartholomæus filius prædicti Goscelini est ejus propinquior hæres et de ætate viginti sex annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 3.*]

51. AGNES DE SANCTA CRUCE. *Inq. p. m.*

Johanna, Margeria, Elyzabet, Cecilia, et Margareta, filiæ prædictæ Agnetis, sunt hæredes ejus propinquiore; et Johanna est ætatis viginti quatuor annorum; et Margeria fuit ætatis viginti duorum annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum; Elizabeth fuit ætatis viginti unius annorum ad festum Apostolorum Petri et Pauli ultimo præteritum; Cecilia et Margareta sunt gemellæ et fuerunt ætatis quinque annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 11^o die Octobris.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 2.*]

52. ALICIA DE BREUSE QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE BREWOSA, *quæ tenuit de hærede Willielmi de Say infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*

Egidius de Breuse filius dictæ Aliciæ de Breuse propinquior hæres est dictæ Aliciæ et ætatis viginti octo annorum et amplius. Norfolc'.

53. MATILDA DE MORTUO MARI. *Inq. p. m.*

Edmundus de Mortuo Mari est filius prædictæ Matildæ et propinquior hæres ejus, et ætatis triginta annorum et amplius. Gloucestr'.

Edmundus de Mortuo Mari est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate quadraginta annorum et amplius ad festum Sanctæ Mariæ in Martio. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin., 29 Edw. I. m. 11 et m. 10.*]

54. HUGO DE PLESSETIS.

Hugo filius Hugonis de Plessetis est ejus propinquior hæres, et est de ætate quinque annorum in instanti festo Sancti Michaelis proximo præterito. [*Inquisitio facta in crastino Sancti Michaelis.*] Oxon'.

Hugo filius prædicti Hugonis est ejus hæres propinquior et ætatis sex annorum. [*Inquisitio facta 22^o die Octobris.*] Wiltes'.

55. RICARDUS DE BELHUS *alias* BELLUS. *Inq. p. m.*

Thomas de Bellus filius Ricardi de Bellus propinquior hæres ejus est et ætatis viginti octo annorum et amplius. Norfolk'.

Item, Inquisitio de maneriis de Bilneye et Bodeneye de quibus Sarra quæ fuit uxor dicti Ricardi, adhuc superstes, conjunctim feoffata fuit cum eodem Ricardo.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 15; et 32 Edw. I. m. 7.*]

56. JOCEUS DE DYNHAM *alias* DENHAM. *Inq. p. m.*

Johannes de Dynham filius prædicti Joci est hæres prædicti Joci propinquior, et fuit in festo Nativitatis Beatæ Mariæ proximo præterito de ætate quinque annorum. [*Inquisitio facta 16^o die Junii.* Devon'.

* *Item, Assignatio dotis Margaretæ quæ fuit uxor Joci de Dynham.*

57. JOHANNES DE BELLA AQUA *alias* BELLEWE, *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Laderanæ quondam uxoris suæ.*

Nicholaus filius Ysabellæ filiæ dicti Johannis et Laderanæ, quondam uxoris Milonis de Stapelton' defunctæ, est ætatis quindecim annorum et amplius, et Johanna altera filia prædictorum Johannis et Laderanæ est ætatis viginti quatuor annorum et amplius, et sunt propinquiores hæredes dictorum Johannis et Laderanæ. Ebor'.

Nicholaus filius Sibillæ, filiæ 'antenatæ' dictorum Johannis de Bella Aqua et Laderanæ, quondam uxoris Milonis de Stapelton', qui fuit ætatis quindecim annorum die Sanctæ Margaretæ Virginis proximo præterito, et Johanna altera filiarum ipsorum Johannis et Laderanæ postnata, uxor Aucheri filii Henrici, ætatis viginti quatuor annorum et amplius, sunt hæredes participes ipsorum Johannis et Laderanæ propinquiores. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Omnium Sanctorum.*]

Sunt etiam extenta et partitiones feodorum &c. inter hæredes.

[*Vide Rot. Fin., 22 Edw. I. m. 22; et 30 Edw. I. m. 17.*]

58. HAMO DE GATTONE. *Inq. p. m.*

Edmundus filius dicti Hamonis de Gatton' propinquior hæres ejus est et ætatis dimidii anni. [*Inquisitio facta 12^o die Decembris.*] Surr'.

59. THOMAS DE VERDUN. *De furcis habendis in manerio suo Brickelesworth'.*60. RICARDUS WARDE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*61. THOMAS LE FEVRE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*62. WILLIELMUS LE TAYLLUR. *Extenta terrarum quas tenet in Langedon'.*63. ROBERTUS BRIAN, *qui pro feloniam regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

64. ———

65. JOHANNES, FILIUS JOHANNIS, DE RIPARIIS. *De terris sine licentia Regis alienatis de manerio de Treglasta quod idem Johannes tenet per baroniam.*

66. JOHANNES ATTEWODE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
67. THOMAS TOLUSE *alias* TULLUSE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
68. HENRICUS FITZ HERBERT. *Inq. ad q. d.*
69. JOHANNES DE TREGOZ—*pro* CAPELLA MANERII DE ETON' SUWAYE. *De terris ad manum mortuam positis.* Hereford'.
70. ABBAS DE BELLO. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*
71. GODFRIDUS GIFFARD EPISCOPUS WYGORN'—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE WHYTSTONE JUXTA WYGORN'. *Inq. ad q. d.*
72. WALTERUS COVENTR' ET LICHFELD' EPISCOPUS—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BOULTON'. *Inq. ad q. d.*
73. MAGISTER ET FRATRES MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
74. MAGISTER ROBERTUS SCARLET *alias* SCHARLET. *Inq. ad q. d.*
75. ROBERTUS DE BERLEYE. *Inq. ad q. d.*
76. ROGERUS FILIUS JOHANNIS—*pro* JOHANNE LESTRAUNGE. *Inq. ad q. d.*
77. DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIAE SANCTI ETHELBERTI HEREFORD'. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*
78. WALTERUS LE BARBUR ET JOHANNA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
79. NICHOLAUS DE LA FLODE. *Inq. ad q. d.*
80. HENRICUS FILIUS THOMÆ DE CRUYLEFELD ET WILLIELMUS FILIUS ELYÆ UNDURWODE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE STONLEYE. *Inq. ad q. d.*
81. WALTERUS DE LANGETON' COVENTR' ET LICHEFELD' EPISCOPUS. *Inq. ad q. d.*
82. JOHANNES BARRY—*pro* PRIORISSA ET CONVENTU DE AKORNEBURI. *Inq. ad q. d.*
83. MAGISTER PHILIPPUS DE SANCTO AUSTOLO ARCHIDIACONUS WINTON'—*pro* CAPELLA SANCTI MICHAELIS DE SANCTO AUSTOLO. *Inq. ad q. d.*
84. MAGISTER ANDREAS DE NORTHFOLCHIA—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDicatorIBUS DE NORTHAMPTON'. *Inq. ad q. d.*
85. NICHOLAUS LE CHAMBERLAYN ET AGNES UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
86. ROBERTUS KYUNE—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDicatorIBUS NORTHAMPTON'. *Inq. ad q. d.*
87. GALFRIDUS DE ALDEBURY ET NICHOLAUS DE HO—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE CHIKESOND'. *Inq. ad q. d.*
88. ISABELLA DE ROS—*pro* MAGISTRO PETRO DE ROS. *Inq. ad q. d.*
89. RICARDUS DE EXONIA [*? defunctus—Vide n° 147 hoc anno*]. *De extenta, prius facta de terris quæ fuerunt dicti Ricardi in Hibernia, ad Regem mittenda.*
90. PRIORISSA ET MONIALIBUS DE AMBRESBUR'. *Inq. ad q. d.*
91. GILBERTUS DE GANNOK'—*pro* CUSTODE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS EXTRA PORTAM ORIENTALEM OXON'. *Inq. ad q. d.*
92. ROBERTUS FILIUS ROBERTI DE BURSTALL'—*pro* ABBATE ET CONVENTU BEATÆ MARIE LEICESTR'. *Inq. ad q. d.*

93. MAGISTER ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI WULSTANI WIGORN'. *Inq. ad q. d.*
94. DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIE SANCTI ETHELBERTI HEREFORD'. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*
95. SIMON DE WYKINGESTON'—*pro ECCLESIA DE WYKINGESTON'. Inq. ad q. d.*
96. PRIORISSA ET MONIALES DE PYNELEYE. *Inq. ad q. d. De annuo redditu quem Thurstanus de Monte Forti et Petrus de Monte Forti filius et hæres ejusdem Thurstani et Petrus de Monte Forti filius et hæres prædicti Petri eisdem Priorissæ et Monialibus dederunt.*
97. CECILIA DE BELLO CAMPO — *pro ROBERTO DE BELLO CAMPO FILIO SUO. Inq. ad q. d.*
98. MICHAEL DE HARCLA — *pro PRIORE, &c. ECCLESIE BEATÆ MARIE KARLIOLEN'; — pro capellano in ecclesia de Kirkeby Stephan, pro anima Willielmi de Harcla filii ipsius Michaelis. Inq. ad q. d.*
99. MAGISTER HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS DE BEDFORD'. *Inq. ad q. d.*
100. MICHAEL FILIUS JOHANNIS DE HOLE, qui fuit de progenie Scotorum et in partibus Scotiæ cum parentibus suis morabatur. *De terris suis quas Alanus de Ker et Johanna uxor ejus, soror prædicti Michaelis, petierunt ut hæreditatem ejusdem Johanne sibi liberari.*
 Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Michael filius Johannis de Hole obiit ad fidem et ad pacem domini Regis Angliæ apud Dombar, et ad fidem et pacem extiterit et non contra pacem: et quod Johanna uxor Alani del Kar de Hole est propinquior hæres dicti Michaelis. Lancastr'.
101. *Deest.*
102. FRATRES ET SORES HOSPITALIS SANCTI EGIDII WILTON'. *De redditu ad sustentationem Capellani in dicto Hospitali.*
103. PRIOR DE WENLOK'. *De custodia Cellæ de Prene tempore vacationis.*
104. RICARDUS DE BINGHAM — *pro CAPELLA SANCTÆ ELENÆ DE BINGHAM. Inq. ad q. d.*
105. MAGISTER WILLIELMUS DE WALTON' — *pro ABBATE ET CONVENTU BEATÆ MARIE EBOR'. Inq. ad q. d.*
106. WILLIELMUS DE BEREฟอร์ด' ET MARGARETA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
107. WALTERUS DE LANGETON' COVENTR' ET LICHEFELD' EPISCOPUS — *pro PRIORE ET CONVENTU DE NOVO LOCO EXTRA STAUNFORD'. Inq. ad q. d.*
108. DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIE SANCTI ETHEBERTI HEREFORD'. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*
109. THOMAS DE CHAWORTH — *pro ABBATE ET CONVENTU DE BELLO CAPITE; — pro animabus prædicti Thomæ et Johanne uxoris ejus. Inq. ad q. d.*
110. GALFRIDUS DE SUTHORP' ET WALTERUS DE OFFORD', defuncti. *De maritugio Johannis filii et hæredis dicti Galfridi et Walteri filii et hæredis dicti Walteri.*

111. RICARDUS DE HEYLE—*pro* MINISTRO ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTÆ TRINITATIS DE ESTON'. *Inq. ad q. d.*
112. WILLIELMUS LE PORTER DE WARTRE—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE WARTRE. *Inq. ad q. d.*
113. JOHANNES DE HAVERINGGES—*pro* CAPELLA BEATÆ MARIE DE EST GRAFTON'. *Inq. ad q. d.*
114. ROBERTUS DE BELSTEDE SENIOR, ET ROBERTUS DE THWEYT—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ALNESBRUNNE. *Ducæ Inq. ad q. d.*
115. ABBAS DE HYDA WYNTON'. *Inq. ad q. d.*
116. CHRISTIANA DE MARISCO—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE ANKERWIK'. *Inq. ad q. d.*
117. PRIOR ET CONVENTUS DE BROMMORE. *Inq. ad q. d.*
118. PRIOR ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
119. WILLIELMUS DE MORTUO MARI; et MATHÆUS DE HALLOWE, et alii—*pro* PRIORE ET CONVENTU WIGORN'. *Ducæ Inq. ad q. d. de annis 28° et 29°.*
120. ROGERUS DE BACHESWORTH', *defunctus*. *De maneriis, de quibus Ricardus de Bachesworth' seisitus fuit, in manum Regis post mortem prædicti Rogeri captis, occasione fatuitatis Rogeri de Bachesworth' fratris dicti Ricardi et consanguinei et hæredis præfati Rogeri.*
 Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod præfatus Ricardus de Bachesworth' per prædictum Rogerum de maneriis supradictis ante mortem ipsius Rogeri seisitus extitit, et seisinam suam per feoffamentum prædictum inde continuavit. Requisiti qualiter et quo modo, dicunt quod idem Rogerus satis compos mentis et memoriæ suæ feoffavit ipsum Ricardum de præfatis maneriis cum suis pertinentiis, habendis sibi et hæredibus suis de corpore suo exeuntibus. * * Et post seisinam sic ipsi Ricardo liberatam idem Rogerus transtulit se ad quoddam manerium Hospitalariorum quod vocatur More Halle, et ibidem in bono statu moratus est per octo dies, et postea infirmabatur et obiit 'ibidem,' quo die ignorant. Requisiti a quo tempore præfatus Ricardus sic seisitus extiterit, dicunt quod a tempore ejusdem feoffamenti sunt septem anni elapsi et amplius. Hertford' et Middlesex'.
121. PRIOR ET CONVENTUS DE PETRESTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE WESTACR'. *Inq. ad q. d.*
122. WILLIELMUS HAWARD' *alias* HOWARD—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE DERHAM. *Inq. ad q. d.*
123. ROBERTUS FILIUS WALTERI. *Inq. ad q. d.*
124. GERVASIUS DE HOLEWEYE. *De ministris et forestariis in foresta de Bryggestok' et Geytinton', ponendis et amovendis.*
125. WILLIELMUS POLLARD—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE BEATÆ MARIE LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*

126. RICARDUS DE WYLTON' — *pro* CUSTODE DOMUS DE VALLE SCOLARIUM DE NOVA SARUM. *Inq. ad q. d.*
127. JOHANNES LE POER — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS DE BRACKELEGH'. *Inq. ad q. d.*
128. *De anno 28° Edw. I. n° 167.*
129. JOHANNES DE ROKELE — *pro* RICARDO DE ROKELE. *Inq. ad q. d.*
130. ABBAS DE HAYLES. *Inq. ad q. d.*
131. HENRICUS DE HALLE DE NORWICO. *Inq. ad q. d.*
132. JOHANNES DE PENEBRUGGE — *pro* EDUARDO FRATRE SUO. *Inq. ad q. d.*
133. JOHANNES DE ASLAKEBY ET PETRONILLA UXOR EJUS — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS DE JARUM. *Inq. ad q. d.*
134. GILBERTUS DE KNOVILL' *alias* CNOVILE — *pro* ECCLESIA DE PUKYNTON; *pro* animabus ipsius Gilberti et Hawisix uxoris suæ. *Inq. ad q. d.*
135. JOHANNES DE HAMME ET ALINA UXOR EJUS — *pro* ABBATE DE BELLO. *Inq. ad q. d.*
136. ROBERTUS LE BURGULIUN — *pro* RECTORE ECCLESIE DE THURSFORD'. *Inq. ad q. d.*
137. ROGERUS DE STRATSHULL' *capellanus* — *pro* CAPELLA BEATÆ MARIE IN ECCLESIA DE GURMUDECESTRE. *Inq. ad q. d.*
138. STEPHANUS FERTHYNG', ET ALII — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE PER-SHORE. *Inq. ad q. d.*
139. ROBERTUS DE GUNWARDEBY, ET ALII — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIE TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
140. HENRICUS LE SCOT — *pro* ECCLESIA BEATI JOHANNIS EVANGELISTÆ DE NOVO CASTRO SUPER TYNAM. *Inq. ad q. d.*
141. JOHANNES WOGAN ET MAURITIUS DE CARREU — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN HIBERNIA. *Inq. ad q. d.*
142. RICARDUS LE SPICER ET LUCIA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
143. HENRICUS DE APPELTRE. *Inq. ad q. d.*
144. JOHANNES FILLOL, ET ALII — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE MOTESFONTE. *Inq. ad q. d.*
145. MAGISTER ROBERTUS LUTEREL — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE SEM-PINGHAM. *Inq. ad q. d.*
146. JOHANNES DE BOLTESHAM. *Inq. ad q. d.*
147. RICARDUS FILIUS ET HERES RICARDI DE EXONIA *defuncti*. *De terris quas Rex dedit prædicto Ricardo de Exon' seniori qui priusquam chartam Regis inde consequi potuit diem clausit extremum.*
Hibern'.
148. RICARDUS DE SANCTA MARGARETA DE BODMINIA. *Inq. ad q. d.*
149. RICARDUS TALUN, ET ABBAS ET CONVENTUS DE TYNTERNE. *Inq. ad q. d.*
150. WILLIELMUS DE BARRY, ET ALII — *pro* AGNETE DE HAREFORD' ET ALIIS MONIALIBUS IN DOMO SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ DE SEYNT JONESTRETE IN SUBURBIO CORK'. *Inq. ad q. d.*

151. BARTHOLOMÆUS DE ACRE DE NORWICO — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE LANGELE. *Inq. ad q. d.*
152. ALEXANDER DE BASTENTHWAIT. *Inq. ad q. d. De bosco in manerio de Bastenthwait quod de Rege tenet ratione manerii de Bolton' quod fuit Galfridi de Moubray rebellis.*
153. MAGISTER ROBERTUS LUTEREL — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE SEM-PINGHAM. *Inq. ad q. d.*
154. GALFRIDUS SPYRING' — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI AUGUSTINI WINTON'. *Inq. ad q. d.*
155. ANDREAS DE ASTELE *alias* ASTELEYE *alias* ASTLEYE. *Inq. p. m.*
 Nicholaus de Astieye filius prædicti Andreæ est propinquier hæres ejus, et fuit ad Pascha proximo præteritum ætatis viginti trium annorum et amplius. [*Inquisitio facta 15 Kalendas Februarii.*] Leicestr'.
 Nicholaus de Astle fuit filius prædicti Andreæ et hæres ejus propinquier, et fuit de ætate viginti quatuor annorum ad Pascha anno regni Regis Edwardi 28°. Warewic'.
156. JOHANNES DE DUMLELTON', ET ALII — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE PERSHORE. *Inq. ad q. d.*
- † 157. RICARDUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DANYEL, DE TYDESWELL'. *Probatio ætatis facta die Martis post Clausum Paschæ.*
 Nicholaus filius Thomæ de Topton' ætatis quinquaginta annorum, juratus et separatim examinatus super ætate dicti Ricardi, dicit quod idem Ricardus natus fuit in Hibernia in villa de Weseford' die Sancti Marci Evangelistæ anno regni Regis Edwardi nunc secundo, et baptizatus in baptisterio ecclesiæ Sancti Johannis de Weseford', et dicit quod tunc temporis fuit ipse Nicholaus de familia prædicti Johannis patris prædicti Ricardi, et secum fuit apud Weseford' ubi dictus Ricardus baptizatus fuit. Et dicit se recolere de certitudine diei nativitatis prædicti Ricardi per hoc quod dictus Johannes pater prædicti Ricardi et Cecilia consors ejus, mater ipsius Ricardi, transfretaverunt ab Hibernia in Angliam ad festum Exaltationis Sanctæ Crucis proximo post nativitatem prædicti Ricardi, et secum duxerunt prædictum Ricardum et ipsum Nicholaum et alios de familia sua, et applicuerunt apud Bristoll', a qua transfretatione fuerunt viginti sex anni elapsi ad festum Exaltationis Sanctæ Crucis proximo præteritum. * * * * Derby'.
- † 158. JOHANNES LE MUNER, *rettatus de morte* JOHANNIS DE WANTELE; *de qua Willielmus Moris est culpabilis.*
- † 159. WILLIELMUS FILIUS PHILIPPI DE CUNESBY, *rettatus de morte* HENRICI DE COTESBACHE QUONDAM PERSONÆ ECCLESIE DE SCOT WILUGHEBY; *de qua Willielmus de Cosford est culpabilis.*
- * 160. JOHANNES FILIUS ET HÆRES ROBERTI LE BUTILLER *alias* BOTILER. *Probatio ætatis facta 7^o die Julii.*
 Johannes de La Hull' ætatis quadraginta duorum annorum juratus et examinatus prædicti

Johannis filii et hæredis prædicti Roberti Le Botiler, dicit quod idem Johannes fuit ætatis viginti duorum annorum in festo Beatæ Katherinæ dicto; et hoc dicit quia natus fuit apud Kyngestanford' in comitatu prædicto et baptizatus in ecclesia de Bissopesfome in crastino et hoc scit quia illo anno idem Johannes desponsavit Johannam uxorem suam. * * * * Hereford'.

*161. THOMAS FILIUS ET HÆRES WILLIELMI DE LUTON'. *Probatio ætatis capta 2º die Septembris.*

Ricardus filius Willielmi de Aylesbury ætatis quadraginta annorum, juratus et examinatus super ætate prædicti Thomæ, dicit quod est ætatis viginti unius annorum, et fuit die Sancti Thomæ Apostoli ultimo præterito: et quod idem Thomas natus fuit apud Hertwelle in comitatu Buckingham' die Sancti Thomæ prædicto; et in crastino ejusdem diei in ecclesia ejusdem villæ baptizatus. Et hoc scit quia in vigilia Omnium Sanctorum proximo præcedenti ante diem Nativitatis dicti Thomæ Willielmus pater ipsius Ricardi obiit, post cujus mortem ipse Ricardus terras et tenementa quæ fuerunt de hæreditate sua ut filius et hæres ingressus est. * * * * Buckingham'.

Beatrice quæ fuit uxor dicti Willielmi de Luton' habuit custodiam terrarum usque ad ætatem hæredis.

*162. KATHERINA FILIA ET HÆRES JACOBI DE LANGEDON' UXOR ROBERTI DE KYNEBAUTON'. [*Breve datum 3º Januarii aº 29º.*] *Probatio ætatis capta 4º die Maii aº 30º.*

Johannes Atte Clyve ætatis quadraginta octo annorum, juratus et examinatus super ætate præfatæ Katherinæ, dicit quod eadem Katherina fuit ætatis sexdecim annorum in vigilia Sancti Augustini Episcopi et Confessoris ultimo præterito; et hoc scit quia eadem Katherina nata fuit apud Langedon' in comitatu Essex' in vigilia Sancti Augustini Episcopi anno regni domini Edwardi Regis nunc tertio decimo, et in ecclesia ejusdem villæ in crastino dicti festi Sancti Augustini baptizata fuit eodem anno. Et similiter hoc scit quod tantum tempus est elapsum, quia fuit apud Chelmesford' in societate Jacobi de Langedon' patris prædictæ Katherinæ in Itinere Justiciariorum, quod quidem Iter fuit in anno Regni domini Edwardi Regis nunc tertio decimo ad festum Sancti Michaelis, et in vigilia Sancti Augustini prædicta eodem anno prædicta Katherina nascebatur, et ad festum Omnium Sanctorum eodem anno præfatus Jacobus obiit. * * * * Essex'.

Petronilla quæ fuit uxor Willielmi de Kenbauton' habuit custodiam terrarum usque ad ætatem hæredis.

*163. FRANCO DE SCOLAND' CONSANGUINEUS ET HÆRES GALFRIDI DE SCOLAND'. *Probatio ætatis capta 12º die Junii.*

Walterus de La Grave ætatis sexaginta annorum, juratus et examinatus super ætate prædicti hæredis, dicit quod idem Franco consanguineus et hæres prædicti Galfridi est ætatis viginti unius annorum, et fuit

die Omnium Sanctorum ultimo præterito. Et hoc scit quia duxit in uxorem Roesiam amitam ipsius Franconis, per quod semper hucusque habuit in memoria nativitatem ejusdem Franconis. Et similiter hoc recolit per mortem Franconis de Skolond' patris prædicti hæredis et fratris prædicti Galfridi, qui obiit apud Warle ad festum Sancti Lucæ ultimo præteritum decem et septem annis elapsis, quo tempore prædictus hæres fuit ætatis quatuor annorum, excepto tanto tempore quantum est inter festum Sancti Lucæ et Omnium Sanctorum, quia tunc cepit ipsum hæredem et tradidit ipsum Ricardo de Skolond' qui illum custodivit quousque Magister Henricus de Bray, tunc Eschaetor domini Regis citra Trentam, cepit illum et terras suas in manum domini Regis; et per hoc bene recolit quod tantum tempus est elapsum. Requisitus de loco et die nativitatis prædicti hæredis, dicit quod natus fuit apud Warle in domo patris sui prædicti die Omnium Sanctorum post prandium, et in crastino ejusdem diei fuit baptizatus in ecclesia Sanctæ Mariæ ejusdem villæ. * * * *
Essex'.

* 164. GILBERTUS FILIUS ET HÆRES THOMÆ DE CLARE. [*Breve datum 6° die Julii a° 29°.*] *Probatio ætatis capta die Sabbati post festum Sancti Mathæi Apostoli a° 30°.*

Mauritius de Lees miles, primus juratus et separatim examinatus, dicit quod prædictus Gilbertus natus fuit apud Lymericum et in ecclesia Cathedrali ejusdem villæ baptizatus a Geraldo tunc Episcopo Lymeric' in crastino Purificationis Beatæ Mariæ anno regni Regis nunc nono, et quod idem Gilbertus fuit ætatis viginti unius annorum in crastino Purificationis Beatæ Mariæ ultimo præterito. Requisitus qualiter recolit de certitudine ætatis prædictæ, dicit per hoc quod fuit de familia prædicti Thomæ patris ipsius Gilberti die quo idem Gilbertus natus fuit, et ab illo die usque ad festum Decollationis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis nunc quinto decimo, in quo festo prædictus Thomas obiit, et tunc prædictus Gilbertus fuit ætatis sex annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ tunc ultimo præteritum. * * * *

Elias de Cheyne juratus et separatim examinatus concordat cum prædicto Mauritio præjurato de die et loco nativitatis prædicti Gilberti. Et dicit per hoc recolit quod mater ipsius Eliæ misit Julianæ de Clare matri prædicti Gilberti exennia per ipsum Elyam die quo prædicta Juliana laborabat in partu, a quo die sunt viginti unus anni elapsi ad festum Purificationis Beatæ Mariæ nunc ultimo præteritum.

Robertus de Inscul juratus et separatim examinatus concordat cum prædicto Mauritio præjurato de die et loco nativitatis prædicti Gilberti. Et dicit per hoc recolit quod fuit in quodam conflictu apud Kyldroyn inter Anglicos et Hibernicos die Lunæ proxima post festum Omnium Sanctorum, in quo conflictu Robertus Le Butiller miles vulneratus fuit, unde obiit; et prædictus Gilbertus natus fuit in crastino Purificationis Beatæ Mariæ tunc proximo sequente in unum annum, a quo conflictu sunt viginti duo anni elapsi ad festum Omnium Sanctorum ultimo præteritum. * * * * Hibern'.

[*Vide Rot. Fin., 28 Edw. I. m. 11.*]

*165. ROGERUS DE BAVENT FILIUS ET HÆRES ADÆ DE BAVENT. *Probatio ætatis capta in octabis Sancti Michaelis.*

Radulphus de Catewyk' manens in Stanynges ætatis quinquaginta annorum et amplius, distans a prædicta villa de Wistaneston' per dimidiam leucam, juratus et diligenter examinatus de ætate prædicti Rogeri, dicit quod prædictus Rogerus fuit filius Adæ de Bavent et hæres, &c., et quod est ætatis viginti unius annorum, et fuit die Veneris proxima ante festum Annunciationis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. Requisitus ubi prædictus hæres natus fuit, dicit quod natus fuit apud Wistaneston' et in ecclesia parochiali ejusdem villæ baptizatus a quodam sacerdote Johannes nomine. * * *

Willielmus Le Spenser manens apud Chiltington', ætatis quinquaginta annorum et amplius, distans a Wistaneston' per tres Leucas, juratus &c. de ætate, loco nativitatis [et] baptismi, Capellano baptizante, compatribus et commatre concordat cum præjuratis. Requisitus qualiter scit de ætate, dicit quod prædictus hæres natus fuit die Veneris proxima ante festum Annunciationis Beatæ Mariæ et baptizatus die Sabbati sequente; et idem juratus ad festum Sancti Martini proximo post nativitatem prædicti hæredis stetit in servitio prædicti Adæ patris prædicti hæredis per duodecim annos sequentes quod idem Adam obiit; et dicit quod a tempore obitus sui ad festum Sancti Martini proximo futurum elapsi erunt novem anni. * * * *
Sussex'.

*166. JOHANNES DE PAVELY FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE PAVELY. *Probatio ætatis capta 22^o die Junii.*

Willielmus de Pavely de Cantukesheved' ætatis quadraginta duorum annorum, juratus et examinatus super ætate prædicti Johannis filii et hæredis dicti Johannis de Pavely, dicit quod prædictus hæres fuit ætatis viginti duorum annorum in vigilia Sancti Mathæi Apostoli et Evangelistæ proximo præterita; et hoc scit quia idem hæres natus fuit apud Cantukesheved' in comitatu prædicto in vigilia Sancti Mathæi Apostoli prædicti anno regni domini Edwardi Regis nunc sexto, et in ecclesia ejusdem villæ eodem die baptizatus fuit. Et similiter hoc scit quia Johannes de Pavely pater prædicti hæredis fuit in societate præfati Willielmi de Pavely de Cantukesheved' in Itinere Justiciariorum apud Somertone ultimo itinerantium, videlicet, in anno regni domini Edwardi Regis nunc septimo, et tunc vidit prædictum hæredem 'fere' ætatis unius anni, et per hoc recolit ei quod est ætatis viginti duorum annorum et amplius. * * * *

Somerset'.

*167. WILLIELMUS LE BLOMERE, *rettatus de morte THOMÆ FILII WILLIELMI AYLWYN; quem interfecit se defendendo.*

*168. THOMAS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS WAKE. *Extentæ terrarum quæ sunt in custodia Regis de hereditate prædicti Thomæ. Johanna quæ fuit uxor Johannis Wake superstes est.*

†169. BEATRIX COLET' DE LINCOLN' — *pro WILLIELMO DE MELTON' PERSONA ECCLESIÆ DE REFHAM. Inq. ad q. d.*

†170. WALTERUS DE SCRUTEVILLE. *Inq. p. m.*

Dictus Walterus obiit die Mercurii in vigilia Beatæ Margaretæ Virginis anno prædicto [29^o]. * * Ricardus de Scruteville filius dicti Walteri est hæres prædicti Walteri propinquior, et fuit ætatis viginti trium annorum ad festum Paschæ proximo præteritum.

[*Inquisitio facta die Veneris post festum Assumptionis.*]

Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 9.*]

†171. EDMUNDUS BARO STAFFORD' — *pro* MINISTRO ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTÆ TRINITATIS DE TEVELESFORD'. *Inq. ad q. d.*†172. ARNALDUS FILIUS WALTERI DE BUKTON' — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*30^o Edw. I.1. JOHANNES PATERNOSTER. *Inq. p. m.*

Johannes Paternoster tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in dominico suo ut de feodo terras subscriptas in Esthenth' per servitium dicendi singulis diebus orationem Dominicam cum salutatione Beatæ Mariæ, pro domino Rege et pro animabus progenitorum suorum Regum Angliæ. * * Ricardus frater dicti Johannis Paternoster est ejus hæres propinquior, et de ætate viginti quatuor annorum et amplius.

Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 8.*]

2. *De anno 31^o Edw. I. n^o 180.*3. GILBERTUS GAUNT, DE BYNBROK', *defunctus. De inquirendo si idem Gilbertus obiit seiscitus de manerio de Salteby juxta Waltham, unde Matilda quæ fuit uxor ejus in curia Regis recuperavit tertiam partem in dotem versus Galfridum filium Roberti Luterel custodem terræ et hæredis prædicti Gilberti.*

Gilbertus Gaunt de Bynbrok' feoffavit Johannem Luterel de omnibus terris et tenementis suis prædictis per chartam suam sibi et hæredibus suis imperpetuum tenendis; et inde per tres annos ante diem obitus sui in seisinam posuit.

Leicestr'.

4. ROBERTUS BUSTARD', FILIUS THOMÆ BUSTARD', DE BUSTARDTHORP'. *Inq. p. m.*

Johannes filius suus est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis octodecim annorum die Sancti Wulfridi in hieme ultimo jam elapsam.

Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 31 Edw. I. m. 18 et m. 17.*]

5. GALFRIDUS LE BATT', DE ESTBURNE, *defunctus. De valore terrarum in Estburne quæ capta fuerunt in manum Regis eo quod dictus Galfridus illas sine licentia Regis adquisivit.*

Willielmus Le Batt', filius dicti Galfridi Le Batt', est propinquior hæres dicti Galfridi, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius.
Sussex.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 7.*]

6. JOHANNES DE UPTON', *qui tenuit de hærede Philippi Burnel in custodia Regis existente. Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Upton' est propinquior hæres ejusdem Johannis, et fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Sancti Petri ad Vincula ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Omnium Sanctorum anno 29°.*] Salop'.

Johannes filius Johannis de Upton' est propinquior hæres ejusdem Johannis de Upton', et fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Sancti Petri ad Vincula ultimo præteritum. * Ricardus quondam Comes Arundell' dotavit Isabellam quæ fuit uxor prædicti Johannis de Upton' de tertia parte prædictorum tenementorum [apud Upton']. Et custodia duarum partium est in manu Alesie filie ejusdem Comitis ex dono ipsius Comitis eo quod prædictus Johannes obiit per dimidium annum ante mortem ejusdem Comitis. [*Inquisitio facta 24 die Maii anno 30°.*]

7. STEPHANUS DE ELMEDON'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Stephani est propinquior hæres ejusdem Stephani, et fuit ætatis viginti octo annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 24° die Aprilis.*] Stafford'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 11.*]

8. HENRICUS DEL RODES *alias* DE RODYS. *Inq. p. m.*

Hugo de Rodes frater dicti Henrici est propinquior hæres ejus, et est de ætate quadraginta annorum.
Derb'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 7.*]

9. JOHANNES DE COGGESHALE. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Coggeshale defuncti propinquior hæres ejus est, et est ætatis duodecim annorum in festo Sancti Jacobi proximo futuro. [*Inquisitio capta 10° die Junii.*] Essex'.

10. HENRICUS DE ROTHINGE. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam prædicti juratores quod Alexander filius dicti Henrici propinquior hæres ejus est, et quod fuit die Sanctæ Margaretæ ultimo præterito ætatis viginti duorum annorum. [*Inquisitio facta die Mercurii ante festum Sancti Andreae.*] Norfolk'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 13.*]

11. THOMAS DE LANUM. *Inq. p. m.*

Rogerus filius dicti Thomæ de Lanum est hæres ejus propinquior, et est ætatis sexaginta annorum et amplius.
Nottingham'.

12. **ROBERTUS LE FAUKENER** *alias FAUKONYR alias FAUCONER.* *Inq. p. m.*
 Johannes filius prædicti Roberti est hæres ejus propinquior et de ætate viginti octo annorum. Cant'.
 Johannes filius prædicti Roberti est hæres ejus propinquior et ætatis triginta annorum. Sussex'.
 [Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 7.]
13. *De anno 29° Edw. I. n° 170.*
14. **MAGISTER WALTERUS DE MARWARDYN.** *Inq. p. m.*
 Walterus filius Johannis de Marwardyn est 'consanguineus' ipsius Magistri Walteri de Marwardyn et hæres 'ejus' propinquior, et erit ætatis sexdecim annorum ad festum Sancti Deon' [? Dionisii] anno regni Regis Edwardi tricesimo.
 [Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 4.]
15. **BRIANUS FILIUS ALANI,** *qui tenuit de hærede Johannis Ducis Britannia.* *Inq. p. m.*
 Dicunt dicti juratores quod Matilda filia dicti Briani ætatis octo annorum, et Katherina soror ejus ætatis sex annorum, sunt propinquiores hæredes ipsius Briani. Et dicunt quod dictus Brianus dotavit Matildam uxorem suam ad ostium ecclesie de omnibus terris et tenementis prædictis quando eam dispensavit, simul cum aliis terris et tenementis in aliis comitatibus. Lincoln'.
16. **JOHANNES WACELYN** *alias WASSELYN, fatuus et idiota.* *Inq. p. m.*
 Nicholaa et Matilda filie Nicholai Wasselyn sunt hæredes propinquiores et de ætate quadraginta annorum. Southampton'.
 Nicholaa uxor Henrici de Sardene et Matilda relicta Johannis de Parrok' sunt sorores prædicti Johannis Wacelyn et hæredes propinquiores, et ætatis triginta annorum et amplius. Sussex'.
17. **FULCO DE RYCOTE** *alias RUYCOTE.* *Inq. p. m.*
 Fulco filius prædicti Fulconis est ejus hæres propinquior; et est de ætate septem annorum et dimidii. Oxon'.
Est etiam assignatio dotis Margarete quæ fuit uxor prædicti Fulconis.
18. **RICARDUS ATTE WESTHALLE** *alias WESTALLE DE AMCOTES, qui tenuit de hærede Rogeri de Moubray infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*
 Ricardus Atte Westalle de Amcotes, filius dicti Ricardi Atte Westalle de Amcotes defuncti, est ejus propinquior hæres, et fuit ætatis septendecim annorum ad festum Nat' [Natalis vel Nativitatis] Beatæ Mariæ ultimo præteritum hoc anno [29°]. Lincoln'.
19. **HUGO DE LAVAL** *alias DE LA VALE, qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Matildæ quondam uxoris suæ.* *Inq. p. m.*
 Johannes de Lancastr' consanguineus prædictæ Matildæ est hæres ejus propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.
 Johannes de Lancastr' filius et hæres Philippæ sororis dictæ Matildæ est propinquior hæres ipsius Matildæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Northumbr'.

Item, Inquisitio de terris quas idem Hugo dimisit ad terminum vite suæ Roberto Burnell, quondam Bathon' et Wellen' Episcopo, et hæredibus suis, et quæ capta fuerunt in manum Regis post mortem Philippi Burnell, consanguinei et hæredis ipsius Episcopi, ratione minoris ætatis hæredis dicti Philippi.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 6.*]

20. WALTERUS DE TREVERBYN et ANDREAS DE SOLENNY *alias* SULENY, *defuncti.*

Edwardus Dei gratia &c. — Quia intelleximus quod Walterus de Treverbyn qui de nobis tenuit in capite diem clausit extremum, et quod terræ et tenementa quæ fuerunt ipsius Walteri die quo obiit sunt per mortem ipsius Walteri et ratione minoris ætatis hæredis ejusdem in manu nostra; volentes super vero valore terrarum &c. plenius certiorari, vobis mandamus &c. Teste 23^o die Maii.

Edwardus Dei gratia &c. — Quia Andreas de Solenny qui de nobis tenuit in capite diem clausit extremum ut accepimus, vobis mandamus &c. — Teste 16^o die Junii.

Inquisitio facta ibidem die Veneris proximo post festum Sancti Petri quod dicitur ad Vincula anno regni Regis Edwardi tricesimo, * videlicet, utrum Andreas de Suleny, qui aliquo tempore tenuit de Ricardo quondam Comite Cornubiæ per servitium militare, tempore ipsius Ricardi diem clausit extremum, necne, cujus quidem Comitis feoda ad manus domini Regis per mortem bonæ memoriæ Edmundi nuper Comitis Cornubiæ devenerunt, per quod custodia terrarum et tenementorum quæ fuerunt ipsius Andreae die quo obiit, si hæres ejus vel hæredes hæredis ejusdem infra ætatem fuerit vel fuerint, pertinere debeat; et si per præfatum Comitem seu executores suos dicta custodia vendita erat vel ad dominum Regem remanserit; et si sic, quantum terræ præfatus Andreas tenuit de prædicto Comite in capite die quo obiit et quantum de aliis, et per quod servitium; et quantum terræ illæ valeant per annum in omnibus exitibus, et quis propinquior hæres ejus sit, et cujus ætatis: Qui [juratores] dicunt super sacramentum suum quod Andreas de Sulenny tenuit manerium de Faweton' in comitatu Cornubiæ de Ricardo quondam Comite Cornubiæ in capite per servitium vicesimæ partis feodi unius militis die quo obiit. * Et dicunt quod prædictus Andreas obiit sine hærede de se legitime procreato; et quia prædictus Andreas obiit sine hærede de se legitime procreato resortita sunt dicta tenementa cuidam Galfrido de Sulenny ut avunculo et hæredi, qui etiam tenuit de prædicto Comite per prædictum servitium. Et decedente prædicto Galfrido sine hærede de corpore suo legitime procreato, descendit prædicta hæreditas duabus sororibus prædicti Galfridi ut uni hæredi, videlicet, Isoldæ et Emmæ. Dicunt etiam quod de Isolda antenata sorore descendit hæreditas de pro parte sua cuidam Emmæ ut filiæ et hæredi; de Emma descendit hæreditas cuidam Hugoni ut filio et hæredi; de Hugone descendit prædicta hæreditas cuidam Waltero de Treverbyn ut filio et hæredi; de Waltero de Treverbyn descendit prædicta hæreditas cuidam Hugoni ut filio et hæredi, qui est ætatis novem annorum et non maritatus, nec warda vendita est per præfatum Comitem

nec per ejus executores. Et dicunt quod Walterus de Treverbyn pater prædicti Hugonis, qui seisitus [fuit] de proparte sua prædictæ hæreditatis, obiit circa festum Sancti Johannis Baptistæ jam septem annis elapsis. * * Et dicunt quod de præfata Emma postnata sorore exivit quidam Oliverus de Campo Arnulphi ut filius et hæres; de Olivero exivit quædam Johanna ut filia et hæres; de Johanna exivit Radulphus ut filius et hæres; de Radulpho exivit quidam Johannes de Welinton' qui nunc tenens propartem suam est plenæ ætatis et maritatus. Cornub'.

21. RICARDUS BRUTON *alias* BRETON. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Ricardi Bruton est hæres ejusdem Ricardi propinquior, et fuit de ætate sex annorum ad Natale Domini proximo præterito. Southampton'.

22. HUBERTUS LA VEILLE *alias* VEYLLE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Hubertus La Veylle diem suum clausit extremum die Jovis proxima post festum Sancti Mathiæ Apostoli anno supra dicto [30^o]. Et dicunt quod Petrus La Veylle filius Johannis La Veylle filii et hæredis ipsius Huberti' est propinquior hæres prædicti Huberti La Veylle, et est de ætate viginti trium annorum et plus. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin., 5 Edw. I. m. 15; et 30 Edw. I. m. 9.*]

23. JOHANNES ROGES. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Johannes Roges tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit manerium de Bedinton' cum pertinentiis in comitatu Surr' de domino Rege in capite. * * Dicunt etiam quod prædictum manerium cum pertinentiis est pure eschaeta domini Regis eo quod præfatus Johannes Roges obiit sine hærede, ut intelligunt. Surr'.

[*Vide Rot. Fin., 10 Edw. I. m. 6.*]

24. JOHANNES DE DANTHORP. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Aliciæ sororis dicti Johannis antenatæ, et Johanna filia Margeriæ sororis dicti Johannis postnatæ, sunt propinquiores hæredes ipsius Johannis. Et dictus Willielmus est ætatis viginti octo annorum, et est idiota. Et dicta Johanna est ætatis viginti duorum annorum. Cumberland'.

[*Vide n^o 149 hoc anno; et Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 6.*]

25. GALFRIDUS UPPEHULLE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Galfridus Uppehulle tenuit quoddam tenementum in La Hulle de domino Rege in capite in comitatu Devon' die quo obiit per legem Angliæ de hæreditate Maisantæ quondam uxoris suæ defunctæ. * * Dicunt etiam prædicti juratores quod David Uppehulle filius prædictæ Maisantæ est propinquior hæres ejusdem Maisantæ, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 8.*]

26. ALIANORA QUÆ FUIT UXOR BERTRAMI DE CRIEL. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædicta Alienora nullas terras nec tenementa tenuit in comitatu prædicto die quo obiit in dominico suo ut de feodo, sed dicunt quod tenuit manerium de Estwelle in dotem: * Et dicunt quod Alienora quæ fuit uxor Johannis de Criel fuit feoffata de dicto manerio per Walterum de Sturton tenendum ad terminum vitæ suæ. * * Item dicunt quod post obitum prædictæ Alicioræ quæ fuit uxor Johannis de Criel, propinquior hæres est Bertramus frater prædicti Johannis, et est ætatis triginta annorum. Cant'.

27. ISABELLA DE MORF'. *Inq. p. m.*

Henricus de Morf' filius ejusdem Isabellæ est propinquior hæres ejusdem Isabellæ, et est ætatis quadraginta quinque annorum. Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 11.*]

28. *Decst.* [WILLIELMUS LE VEYM.]

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 9.* Quia Willielmus Le Veym qui de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est &c.]

29. JOHANNES DE COGAN. *Inq. p. m.*

Thomas de Cogan filius prædicti Johannis de Cogan est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 10.*]

30. RICARDUS COMES ARUNDELL'. *Inq. p. m.*

Edmundus filius prædicti Ricardi Comitum Arundell' est hæres ejus propinquior, et ætatis sexdecim annorum. Sussex'.

Edmundus filius prædicti Ricardi est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et fuit ætatis octodecim annorum ad festum Apostolorum Philippi et Jacobi ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 18^o die Maii.*] Salop'.

Quidam Edmundus est filius dicti Ricardi et hæres ejus propinquior, et fuit de ætate septendecim annorum die Sancti Thomæ Apostoli anno regni Regis Edwardi tricesimo. Warewic'.

31. WILLIELMUS DE KIRKEBY. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Margareta, Alicia, Matildis et Mabilia, sorores et unus hæres, sunt sorores prædicti Willielmi et propinquiores hæredes ejusdem; de quibus Margareta est ætatis quinquaginta annorum, Alicia quadraginta octo annorum, Matildis quadraginta sex annorum, et Mabilia quadraginta quatuor annorum et amplius. Præterea dicunt prædicti juratores quod Margareta quæ fuit uxor Johannis de Camoys dotata est de tertia parte dicti manerii [de Orewell] per mortem Johannis viri sui. Cantebr'.

Margareta de Hotthorp', Matildis de Houby, Alicia Prilly et Mabilia Grymbaud', sorores dicti Willielmi, sunt propinquiores hæredes ipsius Willielmi, et sunt plenæ ætatis. Lincoln'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Willielmus tenuit medietatem manerii de Heghebam, quod est de hæreditate Christinæ uxoris suæ, de domino Nicholao de Cryel. * * * Item dicunt prædicti juratores quod prædictus Willielmus tenuit die quo obiit medietatem manerii de Stanstede de hæreditate prædictæ Christinæ de domino Roberto Archiepiscopo Cantuar'. * * * Item dicunt prædicti juratores quod Margareta Dosevill', Matildis Houby, Mabilia Grymbald et Alicia Purly sunt hæredes Willielmi de Kirkeby propinquiores et plenæ ætatis, et non hæredes dictæ Christinæ. Cant.

Dicunt [juratores] quod idem Willielmus tenuit manerium de Munden' Furnivall' cum advocacione ecclesiæ ejusdem de Lora quæ fuit uxor Johannis de Ulvesflete filia et hærede Gerardi de Furnivall'. * * * Item dicunt quod prædictus Willielmus obiit seisisus de prædictis tenementis in dominico suo ut de feodo die Jovis in vigilia Sancti Laurentii anno prædicto [30^o], et quod residuum prædicti manerii est in manus Mathaniæ quæ fuit uxor Johannis de Cobham ad totam vitam ipsius Mathaniæ. Dicunt etiam quod quædam Margareta uxor Walteri Dosevyle soror præfati Willielmi eynecia, Alicia uxor Petri Prilly soror ejusdem Willielmi secunda, Matildis quæ fuit uxor Gilberti de Houby soror tertia ejusdem Willielmi et Mabilia quæ fuit uxor Willielmi Grimbaud soror quarta ejusdem Willielmi, sunt propinquiores hæredes ejusdem Willielmi et plenæ ætatis. Hertford'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 3.*]

32. JOHANNES TRENCHARD. *Inq. p. m.*

Est hæres ejus propinquior Henricus Trenchard filius ejus, et fuit de ætate septendecim annorum die Sancti Egidii proximo præterito. [*Inquisitio capta die Martis post Ascensionem Domini.*]

Southampton'.

Henricus filius prædicti Johannis Trenchard est hæres ejus propinquior et ætatis octodecim annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 12.*]

33. WILLIELMUS DE FYENES *alias* FENES *alias* FYENLES. *Inq. p. m.*

Johannes de Fenes filius ejusdem Willielmi est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et est ætatis viginti et quinque annorum et amplius. Surr'.

Johannes de Fenes filius prædicti Willielmi de Fenes est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et est ætatis viginti et quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 2.*]

34. WILLIELMUS BATHON' ET WELLEN' EPISCOPUS. *Inq. p. m.*

Item dicunt prædicti juratores quod quoad hæredem propinquiorem prædicti Willielmi, vel cujus ætatis sit, ignorant. Somerset'.

35. WILLIELMUS DE BOTREAUS *alias* BOTEREAUS SENIOR. *Inq. p. m.*

Willielmus de Botereaus, filius prædicti Willielmi de Botereaus senioris, est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 9.*]

36. JOHANNES DE SANCTO JOHANNE. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis est hæres ejus propinquior et ætatis viginti octo annorum. Sussex'.

Johannes de Sancto Johanne filius prædicti Johannis est hæres ejus propinquior et de ætate triginta annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 4.*]

37. MATHÆUS DE LOVAYN *alias* LUVEYN. *Inq. p. m.*

Thomas de Lovayn est filius et hæres propinquior ejusdem Mathæi, et est ætatis duodecim annorum in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis Edwardi tricesimo. Suffolc'.

Thomas filius prædicti Mathæi propinquior hæres ejus est, sed de ætate ejus ignorant [juratores] quia natus fuit in comitatu Essex'. Ebor'.

Thomas filius dicti Mathæi est ejus propinquior hæres, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Sanctæ Margaretæ anno regni Regis Edwardi vicesimo nono. Ebor'.

38. WILLIELMUS DE MONTE CANISO, DE EDWARDESTON'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Willielmi de Monte Caniso est hæres propinquior ejusdem Willielmi, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Suffolc'.

Item, de terris quas tenuit de hæreditate Beatricis de Bello Campo quondam uxoris suæ defunctæ.

Dicunt etiam prædicti jurati quod præfatus Willielmus de Monte Caniso tenuit terras et tenementa supradicta per legem Angliæ de hæreditate prædictæ Beatricis quondam uxoris suæ defunctæ, ratione prolis inter eos suscitata, eo quod prædicta tenementa fuerunt jus et hæreditas ipsius Beatricis; quæ quidem Beatrix prius desponsata fuerat cuidam Thomæ filio Otonis qui de ea procreavit quendam Otonem filium, et quendam Matildam filiam quam Johannes de Boteturte duxit in uxorem. Et dicunt quod prædicta Beatrix obiit seisita de prædictis tenementis in dominico suo ut de feodo, vivente ipso Otone filio suo, et quod prædicta tenementa remanserunt in seisina prædicti Willielmi de Monte Caniso, qui jam obiit, tenenda per legem Angliæ ut prædictum est de hæreditate ipsius Otonis filii et hæredis præfatae Beatricis, cui jus et feodum prædictorum tenementorum post mortem præfatae Beatricis jure hæreditario descenderunt et accreverunt; unde dicunt quod Matilda filia prædictæ Beatricis, uxor Johannis de Boteturte, soror prædicti Otonis de eodem patre et eadem matre, de prædictis tenementis per medium ipsius Otonis qui nuper obiit, est hæres propinquior prædictæ Beatricis, et est ætatis triginta annorum. Essex'.

Dicunt etiam [juratores] quod prædictum manerium [de Sheldesleye Beauchamp] fuit de hæreditate prædictæ Beatricis uxoris prædicti Willielmi, quæ quidem Beatrix prius desponsata fuerat cuidam Thomæ filio Otonis qui de ea procreavit quendam Otonem filium et quendam Matildam nunc uxorem Johannis Boteturte. Et dicunt quod prædicta Beatrix obiit seisita de prædicto manerio in dominico suo ut de feodo, vivente ipso Otone filio suo, et quod

prædicta tenementa remanserunt in seisina prædicti Willielmi de Monte Caniso, qui jam obiit, tenenda per legem Angliæ ut prædicatur de hæreditate prædicti Otonis filii et hæredis prædictæ Beatricis, cui jus et feodum prædicti manerii post mortem prædictæ Beatricis jure hæreditario descendebat et accrevit; unde dicunt quod Matilda filia prædictæ Beatricis, nunc uxor Johannis Bote-tourte et soror prædicti Otonis de eodem patre et eadem matre, de prædictis tenementis per medium ipsius Otonis est hæres prædictæ Beatricis propinquior et ætatis viginti annorum et amplius. Wigorn'.

[*Vide Rot. Fin., 6 Edw. I. m. 9; et 30 Edw. I. m. 10.*]

39. ROBERTUS DE STREDLEYE *alias* STRELLE. *Inq. p. m.*

Robertus filius Roberti de Strelle prædicti defuncti est hæres ejus propinquior, et erit ætatis viginti et trium annorum ad festum Sancti Mathiæ Apostoli proximo futurum. [*Inquisitio facta 13^o die Februarii.*]
Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 14.*]

40. AMICIA DE DERLEYE. *Inq. p. m.*

Ricardus de Herthull', consanguineus prædictæ Amiciæ, est ejus hæres propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 10.*]

41. GODFRIDUS [GIFFARD] WIGORN' EPISCOPUS. *Inq. p. m.*

Johannes Giffard', filius Willielmi Giffard', est propinquior hæres prædicti Godefridi, et ætatis triginta duorum annorum. Gloucestr'.

Johannes Giffard', filius Willielmi Giffard' fratris præfati Godefridi, est ejus hæres propinquior et de ætate triginta annorum.

Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 12.*]

42. ———

43. RADULPHUS DE WEDONE. *Inq. p. m.*

Radulphus filius Radulphi de Wedone est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 13.*]

44. WILLIELMUS DE HAMPTONE. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod prædictus Willielmus de Hamptone obiit sine hærede. Somerset'.

45. WILLIELMUS DE BIFELD', *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Matildæ uxoris suæ defunctæ.* *Inq. p. m.*

Henricus filius Henrici de Erdington' et prædictæ Matildæ est propinquior hæres ejusdem Matildæ, et est ætatis viginti et quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin., 14 Edw. I. m. 13; et 30 Edw. I. m. 8.*]

46. JOHANNES DE HAMPSTEDE *alias* HAMSTEDE. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod dictus Johannes de Hamstede fuit bastardus, nec ullum habuit hæredem de corpore suo legitime procreatum.

Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin., 31 Edw. I. m. 8.*]

47. JOHANNES DE MUNCEUS *alias* MONCEUS *alias* MOUNCEAUS. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Monceus est hæres ejus propinquior et de ætate viginti trium annorum.

Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 4; et 34 Edw. I. m. 8.*]

48. ROBERTUS FILIUS HENRICI DE DERLEYE. *Inq. p. m.*

Johannes frater prædicti Roberti propinquior hæres ejus est, et est ætatis sexdecim annorum.

Derb'.

Item, mandatum est Thesaurario et Baronibus de scaccario quod inquirent de tenura ipsius Roberti et de custodia terrarum suarum, &c.

De recordis coram Baronibus de Scaccario contentis in rotulo Memorandorum de anno 30°.

* * Juratores dixerunt super sacramentum suum quod tempore Regis Henrici, patris Regis qui nunc est, fuit balliva de Alto Pecco per aliquod tempus in manu ipsius Regis qui nunc est, et tunc temporis obiit quidam Henricus de Derleye qui tenuit illam medietatem villæ de Derleye quæ fuit Roberti de Derleye jam defuncti, et habuit filium et hæredem, nomine Henricum, infra ætatem existentem, et Gervasius Bernak' tunc Ballivus de Pecco seisivit prædictam medietatem simul cum corpore prædicti hæredis in manum Regis qui nunc est; et postea quidam Robertus de Derleye, qui tunc temporis morabatur cum dicto domino Edwardo Rege nunc, sequebatur versus ipsum dominum Edwardum; ita quod ipse dominus Edwardus eidem Roberto terram prædictam simul cum corpore dicti hæredis reddidit; sed dicunt quod sive 'de dono, sive per finem, sive per inquisitionem factam secundum legem &c., sive quo alio modo, ignorant. Dicunt tamen quod ipse Robertus prosecta sua et auxilio suo habuit de dono ipsius hæredis unam bovatum terræ. Dicunt insuper quod idem Henricus filius &c. habuit filium et hæredem, nomine Henricum dictum Le Clop, qui fuit plenæ ætatis tempore mortis patris sui qui obiit tempore regni Regis nunc, et tunc Robertus Bozoun Ballivus Regis de Pecco seisivit in manum ipsius Regis terram prædictam. Et ipse Henricus Le Clop dedit eidem Roberto Ballivo decem marcas per sic quod esset ei in auxilio &c.; et ipse Robertus tunc eidem Henrico terram prædictam reddidit &c.: et quod idem Henricus habuit duos filios, videlicet, Robertum primogenitum et Johannem postnatum, et quod ipse Henricus obiit, filiis suis infra ætatem existentibus. Et dictus Robertus tunc Ballivus de Pecco iterato seisivit in manum Regis terram prædictam simul et corpus dicti Roberti filii et hæredis ipsius Henrici. Et postea quidam Ranulphus de Snyterton' dedit eidem Roberto Ballivo decem marcas, et ipse Robertus 'per hoc' liberavit eidem Ranulpho corpus dicti hæredis simul cum terra sua prædicta. Et postea ipse Robertus

filius Henrici obiit sine hærede de corpore suo, et dicta medietas descendit prædicto Johanni fratri ejusdem Roberti tanquam hæredi. Et quia idem Johannes infra ætatem est, Eschaetor Regis citra Trentam eandem medietatem seisivit in manum Regis, et sic eam tenet. Requisiti per quod servitium eadem medietas tenetur de Rege, dicunt quod per servitium reddendi per annum ad castrum Regis de Pecco unam marcam. Requisiti insuper si teneatur per aliquod servitium militare vel per consimilia servitia per quæ tenetur alia medietas de Derleye, quæ fuit Willielmi de Kendale nuper defuncti et est nunc in manu Regis nomine custodiae per minorem ætatem hæredis ipsius Willielmi, dicunt quod tenetur per consimilia servitia per quæ alia medietas, excepto quod illa reddit per annum ad dictum castrum duos solidos plusquam ista, nec aliud inde sciunt &c. Sed dicunt quod boscus piscaria et unum molendinum in Derleye adhuc pertinent tam ad hæredem Roberti filii Henrici de quo nunc agitur quam Willielmi de Kendale pro indiviso.

De recordis coram eisdem Baronibus contentis in rotulo Memorandorum de anno 27^o.

Ad quindenam Sancti Hilarii anno xxvii^o capta fuit inquisitio coram Baronibus de terris et tenementis quæ Willielmus de Kendale tenuit in Derleye, per quam compertum est quod tempore Regis Henrici patris Regis nunc fuit balliva Regis de Alto Pecco per aliquod tempus in manu Willielmi de Scrop' tenentis tunc Comitis de Ferr', sed qualiter ignorant; et tunc temporis quidam Willielmus de Derleye, filius Roberti filii Nicholai de Derley, qui tenuit prædictam medietatem de Derleye obiit, Andrea filio et hærede ipsius Willielmi existente infra ætatem, per cujus minorem ætatem idem Comes seisiri fecit in manum suam terram prædictam, et custodiam inde usque ad legitimam ætatem dicti Andreae una cum maritagio ejusdem contulit cuidam Thomæ de Gudesore tunc Senescallo ipsius Comitis de balliva prædicta; qui quidem Thomas maritavit ipsum Andreæm Amiciæ filiæ suæ, quæ adhuc superstes est, et idem Andreas genuit de ipsa Amicia quendam filium et hæredem, nomine Hugonem, et postea obiit idem Andreas, Hugone filio suo infra ætatem existente; et dictus Rex Henricus per quendam Willielmum de Horsingdon' tunc Ballivum suum de Pecco seisivit in manum suam terram prædictam propter minorem ætatem ipsius Hugonis, et usque ad legitimam ætatem ejusdem Hugonis ipse Rex contulit inde custodiam una cum maritagio Hugonis cuidam Willielmo de Grey pro bono servitio suo quod ipse Regi fecerat, et idem Willielmus custodiam et maritagium illa vendidit cuidam 'Ricardo' de Launcecombe personæ ecclesiæ de Derleye qui maritavit dictum Hugonem cuidam Julianæ filiæ Rogeri de Bucmynstr', de qua idem Hugo genuit quandam filiam, nomine Isabellam, quæ fuit infra ætatem tempore quo dictus Hugo obiit, per quod Johannes de Lond' tunc Senescallus de Pecco, sub domino Edwardo nunc Rege tunc ex assignatione patris sui habente ballivam de Pecco ad sustentationem suam, seisivit dictam terram in manum ipsius Edwardi et vendidit inde custodiam usque ad plenam ætatem prædictæ Isabellæ una cum maritagio ejusdem Ricardo de Launcecombe, qui ea vendidit Thomæ de Gratton' qui Willielmum filium suum maritavit eidem Isabellæ &c. Et ipsa obiit

sine hærede de corpore &c. Et dicta terra cum pertinentiis descendit cuidam Thomæ de Kendale consanguineo suo et hæredi, qui inde seisitus dedit eandem terram cum pertinentiis Willielmo de Kendale filio suo, patri prædictæ Aliciæ nunc infra ætatem et in custodia existentis. Derb'.

49. ALBREDUS *alias* ALVREDUS DE LA NORTHGRAVE. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Alvredi est ipsius hæres propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi vicesimo nono. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin., 6 Edw. II. m. 15.*]

50. WALTERUS DE MUNEMUTH' *alias* MONEMUTH'. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Walteri de Monemuth' est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis tredecim annorum ad festum Sancti Edwardi Regis proximo præteritum. [*Inquisitio facta 26^o die Octobris.*] Hereford'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 3.*]

51. THOMAS DE HAUVILL' *alias* HAVILE. *Inq. p. m.*

Thomas de Hauvill', filius prædicti Thomæ de Hauvill' defuncti, est ejus propinquior hæres, et est ætatis viginti unius anni et amplius. Lincoln'.

Thomas filius prædicti Thomæ de Hauvile est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 11.*]

52. HAMO LE PARKER. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Hamo Le Parker tenuit die quo obiit unum messuagium et quater-viginti acras terræ arabilis, &c. * quas quidem terras et tenementa idem Hamo adquisivit de quodam Johanne de Lovetot', tenenda et habenda dicto Hamoni et hæredibus de corpore suo exeuntibus, et si dictus Hamo obiisset sine hærede de corpore suo exeunte dicta terræ et tenementa Johanni fratri dicti Hamonis et hæredibus suis remanerent. Item dicunt quod idem Hamo tenuit quinque acras et unam rodam terræ, &c. * * quas quidem terras et tenementa prædicta quidam Willielmus Le Parker pater prædictorum Hamonis et Johannis adquisivit, tenenda et habenda sibi et Feliciæ uxori ejus et hæredibus suis. Postea prædictus Willielmus, 'qui supervixit,' dedit dicta terras et tenementa Hamoni Le Parker et hæredibus suis de corpore suo exeuntibus, et si prædictus Hamo sine hærede de corpore suo legitime procreato obiisset, ex tunc quod dicta terræ et tenementa prædicto Willielmo Le Parker et hæredibus suis imposterum remanere debent. * * Item iidem juratores dicunt quod prædictus Hamo Le Parker bastardus fuit natus ante matrimonium, et obiit sine hærede de se. Huntingdon'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod præfatus Hamo Le Parker nullas terras vel tenementa tenuit solus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, sed dicunt quod idem Hamo et Anna uxor ejus conjunctim tenuerunt quendam redditum et alia proficua provenientia de

medietate villæ de Maldon' in comitatu Essex', die quo idem Hamo obiit, de domino Rege in capite per servitium quartæ partis feodi unius militis, per feoffamentum Johannis de La Launde aliquo tempore eisdem Hamoni et Annæ et eorum hæredibus inde factum. * * Dicunt etiam prædicti jurati quod prædictus Hamo et Anna uxor ejus conjunctim tenuerunt manerium de Tolleshunt in comitatu prædicto die quo idem Hamo obiit de domino Rege ut de honore Bolon', * per feoffamentum Hugonis de Essex' aliquo tempore eisdem Hamoni et Annæ et hæredibus ipsius Annæ inde factum. * * Dicunt etiam prædicti jurati quod terræ et tenementa supradicta remanere debent prædictæ Annæ et hæredibus suis imperpetuum juxta formam feoffamentorum prædictorum. Essex'.

Item, Inquisitiones de tenementis de quibus Willielmus Le Parker et alii feoffaverunt Hamonem Le Parker, tenendis sibi et hæredibus de corpore suo procreatis; quæ, si idem Hamo obiret sine hærede de corpore suo procreato, Johanni Le Parker filio et hæredi Willielmi Le Parker remanerent.

Prædictus Johannes Le Parker est propinquior hæres præfati Willielmi et plenæ ætatis. Huntingdon'.

Johannes Le Parker qui sequitur pro prædictis tenementis est plenæ ætatis. Huntingdon'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 15.*]

53. RICARDUS ATTE HOLE *alias* DE LA HOLE. *Inq. p. m.*

Rogerus de La Hole frater prædicti Ricardi est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 4.*]

54. JOHANNES DE MULECASTRE *alias* MOLECASTRE. *Inq. p. m.*

Item dicunt [juratores] quod prædictus Johannes de Molecastre habuit quendam fratrem antenatum, Benedictum nomine, qui quidem Benedictus mortuus est et habuit quandam filiam, nomine Aliciam, de uxore sua legitima genitam, quæ nata fuit in Scotia et ibi a tempore nativitatis suæ morata est, sed utrum sit vivens vel non ignorant, sed si vivens sit est ætatis viginti annorum et amplius et hæres prædicti Johannis de Molecastre propinquior; et si mortua sit prædicta Alicia, tunc dicunt quod Willielmus de Mulecastre avunculus prædictæ Aliciæ, frater prædicti Johannis de Molecastre, est hæres prædicti Johannis propinquior, qui est ætatis quadraginta annorum et amplius. Cumbr'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædictus Johannes de Mulecastre perquisivit sibi dictas terras et tenementa cum pertinentiis [in Threpland] de Michæle de Harcle tenenda sibi et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis. Ita quod si idem Johannes sine hærede de corpore suo legitime procreato obierit, tunc dictæ terræ et tenementa cum pertinentiis remanerent Thomæ de Mulecastre fratri dicti Johannis de Mulecastre et hæredibus ipsius Thomæ de corpore suo legitime procreatis. Et dicunt quod prædictus Johannes obiit sine hærede de corpore suo procreato. Et prædictus Thomas de

Mulecastre adhuc superstes est, et est ætatis triginta annorum et amplius. [*Inquisitio facta die Martis ante festum Sancti Bartholomæi Apostoli a^o 30^o.*] Cumbr'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædictus Johannes de Mulecastre perquisivit sibi dictas terras et tenementa cum pertinentiis [in Threpland] de Michaele de Harcla tenendam sibi et hæredibus suis de corpore suo procreatis. Ita quod si prædictus Johannes sine hærede de corpore suo procreato obierit, tunc dictæ terræ et tenementa cum pertinentiis remanerent Thomæ de Mulecastre fratri dicti Johannis de Mulecastre et hæredibus ipsius Thomæ legitime procreatis. Et si dictus Thomas de Mulecastre obierit sine hærede de corpore suo procreato, quod tunc dictæ terræ et tenementa cum pertinentiis remanerent Willielmo de Mulecastre fratri prædictorum Johannis et Thomæ et hæredibus ipsius Willielmi vel suis assignatis imperpetuum. Et prædicti Johannes de Mulecastre et Thomas de Mulecastre obierunt sine hæredibus de corporibus suis legitime procreatis. Et dicunt quod prædictus Willielmus de Mulecastre adhuc superstes est, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. [*Inquisitio facta die Sabati in festo Apostolorum Petri et Pauli a^o 31^o.*] Cumbr'.

[*Vide a^o 32^o Edw. I. n^o 16; et Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 10 et m. 1.*]

55. ROBERTUS DE CRAUNFORD'. *Inq. p. m.*

Quidam Robertus de Craunford' est filius et hæres prædicti Roberti propinquior et de ætate triginta annorum et amplius. Oxford'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 2.*]

56. WILLIELMUS DE NEYRFORD' *alias* NERFORD'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Willielmus de Nerford' nullas terras vel tenementa tenuit de domino Rege in capite in dominico suo ut de feodo die quo obiit in comitatu Suffolc'; sed dicunt quod idem Willielmus et Petronilla uxor sua tenuerunt manerium de Wyssete de domino Rege in capite de honore Richemundiæ per servitium unius feodi militis, quod quidem manerium est de hæreditate Petronillæ uxoris prædicti Willielmi. * * Petronilla quæ fuit uxor prædicti Willielmi de Nerford' defuncti est hæres propinquior prædicti manerii, et est ætatis quadraginta annorum et amplius, quæ quidem Petronilla est et extitit per multum tempus in pacifica possessione prædicti manerii. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin., 16 Edw. I. m. 15.*]

57. ROGERUS FILIUS JOHANNIS. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Rogeri erit ætatis trium annorum ad festum Pentecostes anno regni Regis Edwardi tricesimo, et est ipsius Rogeri filii Johannis hæres propinquior. Hereford'.

Johannes filius prædicti Rogeri est propinquior hæres ejusdem Rogeri, et fuit ætatis trium annorum decimo nono die Aprilis ultimo præterito. [*Inquisitio facta 11^o die Maii.*] Salop'.

58. *Extentæ et seisincæ ex parte Regis factæ de omnibus terris et tenementis Humfridi de Bohun Comitis Hereford', quæ idem Comes concessit, remisit et quietum clamavit Edwardo Regi Angliæ.*

59. PRIOR ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI BARTHOLOMÆI DE GLOUCESTR'.
Inq. ad q. d.

60. WILLIELMUS BUT. *Inq. ad q. d.*

61. JOHANNES FILIUS ALANI DE WELSLETE, *ullagatus pro morte Radulphi
Capellani de Clughton'. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

62. ROBERTUS DE HOLVISTON'. *Inq. ad q. d.*

63. PRIOR ET CONVENTUS HOSPITALIS BEATÆ Mariæ DE MAGNA MASSING-
HAM. *Inq. ad q. d.*

64. RICARDUS DE LONGELEYE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem
pertinent.*

65. ROGERUS DE TUDENHAM. *Inq. ad q. d.*

66. HUGO DE BROMICROFT, *ullagatus. De anno et die qui ad Regem
pertinent.*

Hugo de Bromicroft tenuit prædicta tenementa de Adam filio Adæ de
Hoghton', fratre Ricardi de Hoghton' cujus hæres ipse est. *
Dictus Hugo utlagatus fuit coram Hugone de Cressingham et sociis
suis Justiciariis itinerantibus in comitatu Lancastr' anno regni Regis
[Edwardi] prædicti vicesimo.

67. ABRAS ET CONVENTUS DE TAVISTOK' — *pro DECANO ET CAPITULO
ECCLESIE BEATI PETRI EXON'. Inq. ad q. d.*

68. ABBAS ET CONVENTUS BEATÆ Mariæ EBOR'. *Inq. ad q. d.*

69. DE ECCLESIA DE WAULINGTON' IN COMITATU HERTFORD'.

Dicunt [juratores] quod Abbas de Sancto Albano nuper defunctus fuit
verus patronus ecclesiæ prædictæ, et quod Rogerus ultimus præde-
cessor dicti Abbatis ultimo presentavit Galfridum Holoue clericum
suum. * Dicunt etiam quod prædicta ecclesia vacat per mortem
dicti Galfridi qui obiit septimo-decimo die Septembris anno 29°.

70. WILLIELMUS DE SUTTON'. *Inq. ad q. d.*

71. RADULPHUS FILIUS WILLIELMI — *pro CAPELLA BEATÆ Mariæ DE GRYS-
THORP'. Inq. ad q. d.*

72. JOHANNES DE BELLO CAMPO, DE SOMERSETE — *pro CAPELLA SANCTI
NICHOLAI DE STOKE SUBTUS HAMELDON'. Inq. ad q. d.*

73. JOHANNES DE QUEORDEBOEF' *alius QUERDEBOEF, defunctus, ET JOHANNA
QUÆ FUIT UXOR EJUS.*

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestr' Eschaetori suo citra
Trentam, Salutem. Licet per inquisitionem quam per vos fieri
fecimus de terris et tenementis quæ fuerunt Johannis Queordeboef'
defuncti, qui de nobis tenuit in capite, compertum sit quod Agnes
soror ipsius Johannis est ejus hæres propinquior et plenæ ætatis;
quia tamen datum est nobis intelligi quod Johanna quæ fuit uxor
prædicti Johannis, die quo idem Johannes obiit, fuit prægnans et
postmodum peperit partum vivum, per quod eidem Agneti terras et

tenementa prædicta adhuc reddere non valemus; volentes igitur super partu prædicto per vos plenius certiorari, vobis mandamus &c.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod præfata Johanna fuit prægnans die quo prædictus Johannes maritus suus obiit, et peperit partum mortuum apud Novum Mercatum, et ignorant cujusmodi 'partum' aut masculum aut feminam, quia ille partus nunquam fuit visus de aliquo homine. Suffolc'.

[Vide a° 27 Edw. I. n° 155.]

74. ABBATISSA DE TARENTE. *Inq. ad q. d.*

75. JOHANNES DE BELLO CAMPO — *pro ADA DE BYDYK' alias BYDWYK' ET JOHANNA UXORE EJUS. Inq. ad q. d. De manerio de Fulburne dimittendo.*

Non est ad damnum nec ad præjudicium domini Regis nisi in tantum, quod si dictus Johannes obierit infra terminum quod Adam de Bydwyk' habet in dicto manerio, videlicet, a festo Sancti Michaelis anno supradicto [30°] usque ad terminum trium annorum proximo sequentium, tunc dominus Rex amitteret valorem dicti manerii, quia hæres ipsius Johannis est infra ætatem. Cantebr'.

76. PETRUS DE BUMSTEDE. *Inq. ad q. d.*

77. RADULPHUS FILIUS OLIVERI DE ARUNDEL. *De terris dicti Radulphi in manum Regis captis post mortem Edmundi nuper Comitis Cornub'.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Edmundus nuper Comes Cornub' tenuit terras et tenementa prædicta ad terminum vitæ suæ ex dimissione Rogeri de Inkepenne et Emelinæ uxoris suæ. Et dicunt quod prædicti Rogerus et Emelina uxor ejus dimiserunt terras et tenementa prædicta dicto Edmundo Comiti in anno regni Regis Edwardi octavo-decimo, 'pro arreragiis suis in quibus dicto Comiti tenebatur de tempore quo fuit senescallus suus comitatus prædicti.' Cornub'.

78. WILLIELMUS FILIUS ADÆ BATEMAN. *Inq. ad q. d.*

79. ROGERUS LA WARRE — *pro ROGERO DE STOK' ET ALICIA UXORE EJUS. Inq. ad q. d.*

80. ABBAS DE MIRA VALLE. *Inq. ad q. d.*

81. JOHANNES DE WARENNA COMES SURR' — *pro ABBATISSA ET MONIALIBUS ECCLESIAE BEATÆ MARIE DE MARHAM. Inq. ad q. d.*

82. ROBERTUS DE LATTHEBURY. *Inq. ad q. d.*

83. PRIOR ET CONVENTUS DE CASTELACRE. *Inq. ad q. d.*

84. EXECUTORES TESTAMENTI EDMUNDI COMITIS CORNUBIÆ. *Extenta et appretiatio terrarum et tenementorum quæ ipsi executores tenent in custodia de hæreditate Johannis filii et hæredis Rogeri de Moubray. Roysia quæ fuit uxor Rogeri de Moubray dotata est. Leicestr'.*

85. PRIOR ET CONVENTUS DE LENTON' — *pro ABBATE ET CONVENTU DE CROXTON'. Inq. ad q. d.*

86. ROGERUS LE BYGOD COMES NORFOLC'. *Extenta de residuo manerii de Pesenhale ultra viginti libratus terræ et redditus de quibus idem Rogerus dudum feoffavit Nicholaum de Segrave.*
87. HENRICUS DE BLUNTESDON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRADENESTOK'. *Inq. ad q. d.*
88. PRIOR ET CONVENTUS ELIENS'. *De amotione et collatione officiariorum prioratus Eliens' tempore vacationis Episcopatus Eliens'.*
89. MARTHA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI SAMPSON'—*pro* ECCLESIA BEATÆ MARIE DE LA RYE. *Inq. ad q. d.*
90. ROBERTUS DE CLIFFORD'. *Inq. ad q. d.*
91. RICARDUS DE RIPPLE, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU ECCLESIE CHRISTI CANTUAR'. *Inq. ad q. d.*
92. ROBERTUS DE COKTHORP', ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU HOSPITALIS BEATÆ MARIE DE MAGNA MASSINGHAM. *Inq. ad q. d.*
93. WILLIELMUS DE WODESTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU REGALI LOCO JUXTA OXON'. *Inq. ad q. d.*
94. ALESIA DE LACY—*pro* ECCLESIA DE BERWYK' JUXTA ABERFORD'. *Inq. ad q. d.*
95. *De ponte de Pokemulne in Magna Laufare reparando.* Essex'.
96. WILLIELMUS PECCHE utlagatus ET ROSA UXOR EJUS ET JOHANNES FILIUS EORUNDEM. *De manerio capto in manum Regis.*
 Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Willielmus Pecche et Rosa uxor ejus et Johannes filius eorundem conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Baketon' cum pertinentiis de dono et concessione Julianæ Pecche, habendo et tenendo illis et hæredibus dicti Johannis, et quod prædicti Rosa et Johannes seisinam suam cum præfato Willielmo conjunctim continuaverunt a die Sancti Lucæ Evangelistæ anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto, quo die feoffati fuerunt, usque in diem Circumcisionis Domini anno regni Regis Edwardi tricesimo, quo die utlagatus fuit dictus Willielmus.
 Norfolk'.
97. JOHANNES DE HASTINGES. *De senescallia libertatis Sancti Edmundi quam Henricus de Hastings pater ipsius Johannis et Henricus de Hastings avus ejusdem Johannis tempore suo tenuerunt in feodo.*
98. HOMINES DE CUMBE ET EDMUNDUS DE WODESTOK'. *De communa pasturæ, &c. in foresta de Wichewode.*
Willielmus Torkard' de Chilewelle ætatis quadraginta et quinque annorum, juratus et separatim examinatus super ætate Ricardi filii et hæredis Hugonis Le Heriz defuncti, dicit quod prædictus Ricardus natus fuit apud Stapelford in comitatu Nottingham' in domo quondam patris sui, die Sanctæ Trinitatis anno regni Regis Edwardi decimo, et in crastino nativitatæ suæ prædictæ fuit ipse baptizatus in baptisterio ecclesiæ ejusdem villæ de Stapelford. * Requisitus qualiter recolit de certitudine diei nativitatæ prædictæ, dicit per hoc, quod ipse idem Willielmus juratus per tres annos ante nativitatem dicti Ricardi fuit familiaris Hugonis patris prædicti Ricardi, et in dicto ultimo anno quo ei serviebat nascebatur dictus Ricardus dicto die Sanctæ Trinitatis, a quo die fuerunt viginti et unus anni elapsi die Sanctæ Trinitatis proximo præterito, quia dicit quod ad festum Sancti Michaelis post ejus nativitatem a servitio dicti Hugonis recessit, et bene recolit per hoc quod dominus Rex eodem anno fuit in guerra Walliæ, et etiam similiter per hoc quod Leulinus quondam Princeps Walliæ captus fuit et occisus post festum Sancti Martini proximum sequens, a quo tempore erunt viginti et unus anni elapsi statim post festum Sancti Martini proximum futurum.

Robertus Le Macon, de Stapelford, ætatis quinquaginta annorum, juratus et separatim examinatus super ætate dicti Ricardi, dicit quod idem Ricardus natus fuit apud Stapelford in comitatu Nottingham' in domo quondam Hugonis patris sui die Sanctæ Trinitatis, a quo die nativitatæ prædictæ fuerunt viginti et unus anni elapsi ad idem festum ultimo præteritum, et in crastino nativitatæ suæ prædictæ fuit ipse baptizatus in baptisterio ecclesiæ villæ de Stapelford, et dicit se recolere de certitudine diei nativitatæ suæ per hoc, quod Johanna mater dicti Ricardi tunc prægnans et gravida cum eodem Ricardo die Ascensionis Domini levavit quandam Johannam filiam dicti Roberti jurati de sacro fonte et eam vocavit nomine suo, a quo die fuerunt viginti et unus anni elapsi die Ascensionis proximo præterito, et hoc bene scit per nativitatem dictæ Johannæ filiæ suæ.
* * * *
Nottingham'.

†180. ADAM DE CHARLETÓN'. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod Willielmus filius prædicti Adæ est propinquior hæres ejusdem; et dicunt quod erit ætatis viginti et duorum annorum ad festum Sancti Laurentii proximo futurum.

[? Northumbr'.]

†181. ROBERTUS DE BINGHAM. *Inq. p. m.*

Ricardus de Bingham filius Roberti de Bingham junioris 'similiter defuncti est nepos et' propinquior hæres prædicti Roberti, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

†182. NICHOLAUS DE STOKESBY — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE WENDLINGG'.
Inq. ad q. d.

32° Edw. I.

1. *Deest.* [ROGERUS WODEROWE.]

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 6.* Quia Rogerus Woderowe qu de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est, &c.

Ibid. m. 4. Rex cepit homagium Roberti filii et hæredis Rogeri de Woderowe defuncti de omnibus terris et tenementis quæ idem Rogerus pater suus tenuit de Rege in capite die quo obiit, et ei terras illas et tenementa Rex reddidit.]

2. RICARDUS LE ARCHIER *alias* ARCHER. *Inq. p. m.*

Ricardus filius dicti Ricardi est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta annorum et amplius. Derby'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

3. ADAM GONFREY *alias* GOUNFREY. *Inq. p. m.*

Adam filius dicti Adæ est propinquior
. annorum et amplius. Derby'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

4. WARINUS MAUDUT *alias* MAWDUT, defunctus. *Extenta feodorum militum et advocacionum ecclesiarum.*

5. JOHANNES DE MERK'. *Inq. p. m.*

Requisiti [sunt] prædicti jurati quis fuit ejus propinquior hæres et cujus ætatis, qui dicunt quod penitus ignorant. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 19; et Inq. 34 Edw. I. n° 201.*]

6. JOHANNES DE SIBETON'. *De quodam reddito (quem de Ricardo filio Alani Comite Arundell jam defuncto idem Johannes perquisivit ad terminum vite sue) in manum Regis capto occasione mortis ipsius Comitum et ratione minoris ætatis hæredis ejus.*

7. *De anno 33° Edw. I. n° 268.*

8. ROBERTUS DE HEPHALE. *Inq. p. m.*

Robertus filius ejus propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis viginti et duorum annorum die Dominica proxima ante festum Sancti Martini anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Ebor'.

Robertus de Hephale filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus, et erit ætatis viginti et trium annorum ad festum Sancti Martini in hieme proximo futurum. [*Inquisitio facta 6^o die Aprilis.*]

Northumbr'.

9. ALANUS LE BLUND *alias* BLUNT. *Inq. p. m.*

Johannes Le Blunt filius prædicti Alani est propinquior hæres prædicti Alani, et est ætatis triginta annorum et amplius. Bedford'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 17.*]

10. HUGO FILIUS RADULPHI DE COTES. *Inq. p. m.*

Henricus filius prædicti Hugonis filii Radulphi est propinquior hæres ejusdem Hugonis, et fuit ætatis decem annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 26^o die Aprilis.*]

Stafford'.

11. WILLIELMUS HOBESHORT. *Inq. p. m.*

Idem Willielmus tenuit in Bochampton' in dominico suo ut de feodo' die quo obiit tenementa subscripta de domino Rege in capite per serjantiam portandi cornu domini Regis quando dominus Rex venit venatum infra hundredum de Lambourne. * *

Johannes Hobeshort filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est; et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 9.*]

12. WILLIELMUS DE WARTHOLE *alias* WARTHOLE, *qui tenuit de hærede Huberti de Multon' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Johannes de Warthole filius prædicti Willielmi de Warthole est propinquior hæres prædicti Willielmi de Warthole. Et dicunt quod prædictus Johannes de Warthole est ætatis novem annorum et amplius. Cumbr'.

13. RICARDUS DE UNTHANK'. *Inq. p. m.*

Johanna filia et hæres prædicti Ricardi de Unthank' est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et est ætatis viginti annorum et amplius. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 2.*]

14. HENRICUS DE HEREFORD' *alias* HERFORD'. *Inq. p. m.*

Johannes filius Henrici de Herford' est ipsius Henrici hæres propinquior; et est ætatis triginta duorum annorum et amplius. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 3.*]

15. JOHANNES DUMMER *alias* DE DOMMERE. *Inq. p. m.*

Est Robertus de Dommere filius et hæres propinquior dicti Johannis et ætatis viginti octo annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 6.*]

16. JOHANNES DE MULCASTRE, *defunctus. De hameletto de Threpland quod Alicia de Mulcastre, filia Benedicti de Mulcastre senioris fratris dicti Johannis, clamat tanquam neptis et propinquior hæres ipsius Johannis versus Willielmum de Mulcastre juniorem fratrem prædicti Johannis.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Johannes de Mulcastre perquisivit dictum hamelettum cum suis pertinentiis de prædicto Michaelē [de Harcla] tenendum sibi et hæredibus suis de corpore suo procreatis; et si obierit sine hærede de se tunc prædictum hamelettum cum suis pertinentiis remaneret Thomæ de Mulcastre fratri suo et hæredibus suis de corpore suo procreatis; et si ambo prædicti Johannes et Thomas obierint sine hæredibus de corporibus suis procreatis, quod tunc prædictum hamelettum cum suis pertinentiis remaneret prædicto Willielmo de Mulcastre fratri dictorum Johannis et Thomæ et hæredibus suis vel suis assignatis. Et dicunt quod prædictus Johannes de Mulcastre non perquisivit dictum hamelettum cum suis pertinentiis sibi et hæredibus suis simpliciter tantum, sicut prædicta Alicia dicit. Et dicunt quod prædicti Johannes et Thomas obierunt sine hæredibus de corporibus suis procreatis. Cumb'.

[Vide a^o 30 Edw. I. n^o 54; et Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 1.]

17. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS WAKE defuncti. *Extenta maneriorum &c. in quibus ipsa Johanna dotem suam petivit versus Willielmum filium Alani.* — *Item, Placita de dote illa facta apud Ebor' anno 29^o.* — *Terræ quæ fuerunt dicti Johannis in manu Regis existunt ratione minoris ætatis Thomæ filii et hæredis ipsius Johannis.*
18. ROBERTUS DE GLANTON' *alias* GLANTINDON'. *Inq. p. m.*
 Johannes filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejusdem, et erit ætatis viginti et septem annorum ad festum Sancti Petri in Cathedra proximo futurum. *Idem Robertus et Idonea quæ fuit uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt.* [Inquisitio facta die Veneris post octabas Sancti Michaelis.] Northumbr'.
 [Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 2.]
19. ROBERTUS DE HALGHTON', *qui tenuit de hærede Ricardi filii Alani Comitæ Arundell.* *Inq. p. m.*
 Thomas filius ejusdem Roberti de Halghton' est propinquior hæres ejusdem Roberti, et fuit ætatis quindecim annorum die Decollationis Beati Johannis ultimo præterito. [Inquisitio facta 15^o die Aprilis.] Salop'.
20. FINA QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI DE TWAMHULL' *alias* TWAMHELLE. *Inq. p. m.*
 Ranulphus de Haylesden' consanguineus dictæ Finæ, Christiana de Massingeham consanguinea dictæ Finæ, Johanna de Saukevile similiter consanguinea dictæ Finæ, Robertus de Dykeleye similiter 'consanguineus' dictæ Finæ, Matilda uxor Johannis Clerici similiter consanguinea dictæ Finæ et Margeria uxor Simonis de Twamhulle similiter consanguinea dictæ Finæ, sunt propinquiores hæredes dictæ Finæ, et sunt omnes plenæ ætatis, videlicet, junior eorum est triginta annorum et amplius. Essex'.
21. WILLIELMUS DE ERKALWE *alias* ERKALEWE, *qui tenuit de hærede Philippi Burnel infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*

Willielmus filius ejusdem Willielmi de Erkalewe est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et fuit ætatis novemdecim annorum die Sancti Thomæ Martyris ultimo præterito. [*Inquisitio facta 15^o die Martii.*]
Salop'.

Prædicti Willielmus et Petronilla uxor ejus tenuerunt conjunctim unam carucatam terræ sex libratas et quinque solidatas redditus in manerio de Erkalewe die quo idem Willielmus obiit ex dono Magistri Willielmi Burnell'.
Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 5.*]

22. ROGERUS DE HADHAM. *Inq. p. m.*

Roesia et Alicia filiæ Johannis Jorold de Hadham, fratris prædicti Rogeri, propinquiores hæredes ipsius Rogeri sunt. Et eadem Roesia est ætatis triginta annorum et amplius. Et Alicia est ætatis viginti et quatuor annorum et amplius.
Bedford'.

Propars Willielmi de Whitton' et Roesiæ uxoris ejus consanguineæ et unus hæredum Rogeri de Hadham defuncti, * *

Propars Johannis Aylmer et Aliciæ uxoris ejus consanguineæ et unus hæredum Rogeri de Hadham defuncti, * *

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 8.*]

23. ROGERUS LA ZUSCHE *alias* ZOUCHE. *Inq. p. m.*

Rogerus La Zouche filius dicti Rogeri est propinquior hæres ejus, et est de ætate undecim annorum.
Leicestr'.

24. JOHANNES DE LANGEFORD' *alias* LONGEFORD'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod dictus Johannes dedit Nicholao filio suo et hæredi et Katherinæ uxori suæ in liberum maritagium viginti libratas terræ in prædictis maneriis [de Kinwaldmers et Barleburg] et tenementis suprascriptis; de seisina ignorant. Item dicunt quod Nicholaus filius ejusdem Johannis est propinquior hæres ejus et est ætatis sexdecim annorum.
Derb'.

Item, secunda inquisitio de terris dicti defuncti in comitatu Derb'.

Et dicunt [juratores] per sacramentum suum quod in ætate proximo præterita antequam prædictus Johannes adivit dominum Regem ad partes Scotiæ fuit quædam prælocutio facta inter præfatum Johannem de Longeford' et dominum Henricum de Braylesford', quod filii ipsorum et hæredes alterutrim ducerent filias ipsorum Johannis et Henrici in uxores. Ita quod post desponsationes prædictas prædictus Johannes daret per chartam suam Nicholao filio et hæredi suo cum Katherina filia prædicti Henrici viginti libratas terræ in maneriis de Kenewaldemerche et Barleburgh', habendas eidem Nicholao et Katherinæ et hæredibus de corporibus ipsorum procreatis; juxta formam cujus prælocutionis fuit quædam charta facta prædicti Johannis de Langeford' prædictis Nicholao et Katherinæ hoc idem continens. Sed dicunt prædicti juratores quod seisina de dictis viginti libratas terræ per chartam prædictam, nec aliam vel alio modo quocunque, præfatis Nicholao et Katherinæ 'nunquam' fuit liberata in vita prædicti Johannis, nec ipsi Nicholaus et Katherina de dictis viginti libratas terræ, vivente ipso Johanne, seisinam vel possessionem

aliquam habuerunt; unde dicunt quod charta prædicta est vacua omnino sicut ea quæ nunquam effectum habuit: unde dicunt quod prædictus Johannes de Longeford' die quo obiit fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dictis viginti libratis terræ sicut de residuo maneriorum prædictorum. Dicunt tamen quod juratores primæ inquisitionis captæ de dictis viginti libratis terræ, si quod donum inde fieret, fuerunt simplices personæ qui cum non essent cognoscentes leges et consuetudines Anglicanas, videbatur eis quod charta prædicta, de qua eis constabat esse confecta absque inde seisina liberata, sufficiebat ad statum ipsorum Nicholai et Katherinæ de seisina dictorum tenementorum salvandum, cum tamen dicta charta absque seisina de dictis terris liberata nullius fuit valoris nec adhuc existit. Derb'.

[*Vide Rot. Fin., 7 Edw. II. m. 12.*]

25. WALTERUS DE WIGHTHULL'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Walteri de Wighthull' propinquior hæres ejus est; et est ætatis triginta novem annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 20.*]

26. ROBERTUS DE BELLO CAMPO. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Johannes de Bello Campo de Sumersete, dominus de Hache, est propinquior hæres ejus, et ætate triginta annorum et amplius. Bedford'.

Dicunt [juratores] quod Robertus de Bello Campo obiit sine hærede de se legitime procreato, per quod reversio prædicti manerii [de Dulingham] spectat ad prædictam Ceciliam de Bello Campo virtute doni facti eidem Roberto per prædictam Ceciliam 'de dicto manerio.' Et dicunt insuper quod dominus Johannes de Bello Campo est ejus frater et hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum. Cantebr'.

27. *De anno 31° Edw. I. n° 181.*

28. FULCO DE ARCHIACO. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Fulco tenuit die quo obiit in prædicto comitatu per legem Angliæ de hæreditate Mabillæ quondam uxoris suæ prædictæ manerium de Wodemeresthorn' de Comite Gloucestræ per servitium unius feodi militis. * * * Dicunt etiam quod Adomarus de Archiaco est filius et hæres prædictæ Mabillæ propinquior, et ætatis viginti quinque annorum. Et dicunt quod quædam Matilda de Kyme 'defuncta,' quæ fuit uxor Willielmi de Fortibus patris prædictæ Mabillæ, dotata fuit 'dum vixit' de tertia parte totius manerii prædicti, et eandem tertiam partem tenuit de prædictis Fulcone et Mabilla nomine dotis, cujus reversio spectat ad hæredem prædictæ Mabillæ. Surr'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 1.*]

29. NICHOLAUS KYRIEL. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod Nicholaus filius prædicti Nicholai defuncti est hæres ejus propinquior; et erit ætatis viginti

unius annorum die Sancti Thomæ Archiepiscopi et Martyris in septimana Natalis Domini proxima subsequenti. Item dicunt quod prædictus Nicholaus obiit duodecimo die Octobris anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Leicestr'.

30. RICARDUS DE GRAVESENDE *alias* GRAVESHENDE, EPISCOPUS LONDON'.
Inq. p. m.

Stephanus de Gravesende, frater prædicti Ricardi Episcopi, est ejus hæres propinquior, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Essex'.

Stephanus de Gravesende, frater prædicti Ricardi de Gravesende, est hæres ejusdem propinquior et ætatis quinquaginta annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 8.*]

31. STEPHANUS PEISSON, *defunctus*. *Extenta terrarum quas idem Stephanus tenuit in Anglia de hæreditate sua in initio guerra Scotiæ, de quibus Christiana uxor Ketelli de Letham, quondam uxor ipsius Stephani, dotem suam petit; quæ quidem terræ in manu Regis existunt ratione minoris ætatis Willielmi filii et hæredis prædicti Stephani.* Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 4.*]

32. WILLIELMUS DE MORTUO MARI. *Inq. p. m.*

Idem Willielmus obiit seisis in dominico suo ut de libero tenemento de manerio de Alfton' prædicto, pro eo quod Robertus de Sancto Quintino feoffavit præfatum Willielmum et Aliciam uxorem ejus de prædicto manerio cum pertinentiis tenendo præfatis Willielmo et Aliciæ uxori ejus simpliciter sibi et hæredibus suis, quæ quidem Alicia adhuc superstes est et seisis de manerio prædicto in forma prædicta. Suffol'.

Idem Willielmus de Mortuo Mari die quo obiit nullum habuit hæredem, quia obiit bastardus et sine hærede de se legitime procreato. Cantabr'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 5.*]

33. JOHANNES DE WALTON' *alias* WAUTON'. *Inq. p. m.*

Dictus Johannes et Margareta uxor ejus, conjunctim feoffati de dono Mariæ de Neville sibi et hæredibus de corporibus suis exeuntibus, die quo dictus Johannes obiit tenuerunt quasdam terras et tenementa in Northpikenham de Johanne de Britannia Comite Riche-mundiæ. * * Johanna filia prædictorum Johannis et Margaretæ propinquior hæres est omnium tenementorum prædictorum, post decessum dictæ Margaretæ, et ætatis quatuordecim annorum et amplius. Norfol'.

Johanna filia prædicti Johannis de Wauton' est hæres ejus propinquior et fuit ætatis tredecim annorum ad festum Sancti Bartholomæi Apostoli proximo præteritum. Ebor'.

34. JOHANNES DE BELLO CAMPO, *qui tenuit de hærede Bertini de Ughtresat infra atatem existente*. *Inq. p. m.*

Johannes de Bello Campo, filius prædicti Johannis de Bello Campo defuncti, est propinquior hæres ejusdem Johannis, et est ætatis quatuor annorum et amplius. Cumbr'.

Thomas de Bello Campo, filius prædicti Johannis de Bello Campo defuncti, est propinquior hæres prædicti Johannis et est ætatis quatuor annorum et amplius. Cumbr'.

35. ALICIA DE LUND *alias* LOUND. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod quædam Agnes de Athewyk' fuit aliquando in seisina unius messuagii et septem bovatarum terræ cum pertinentiis in Bugthorp' quæ ipsa Agnes habuit ex dono et concessione Walteri de Grey. * Et dicunt quod Petrus de Lund desponsavit dictam Agnetem in seisina dictorum tenementorum existentem, et seisinam suam una cum prædicta Agnete de prædictis tenementis continuavit usque ad diem obitus dictæ Agnetis; et statim post mortem dictæ Agnetis dominus Thomas de Chaunci, modo Baro de Skyrpynbek', posuit clamium suum in dictis tenementis, nitens præfatum Petrum inde eicere; qui Petrus viribus prædicti Thomæ resistens seisinam suam de dictis tenementis continuavit; ita quod prædictus Petrus in seisinam dictorum tenementorum existens desponsavit prædictam Aliciam filiam prædicti Thomæ de Chaunci, et prædictis Petro et Alicia in seisina dictorum tenementorum existentibus præfatus Thomas propter securitatem dictæ Aliciæ filiæ suæ concessit prædictis Petro et Aliciæ quod ipsi et hæredes sui de corporibus ipsorum procreati tenerent dicta tenementa cum pertinentiis de ipso Thomæ et hæredibus suis. * * Dicunt etiam quod Margareta filia prædictæ Aliciæ est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta 22^o die Aprilis.*] Ebor'.

Margareta filia prædictæ Aliciæ est ejus propinquior hæres, et erat ætatis quatuor annorum ad festum Sanctæ Margaretæ Virginis anno supradicto [32^o]. Ebor'.

Margareta filia Petri de Lound est hæres 'dictæ Aliciæ' propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi ultimo præterito [32^o]. Ebor'.

36. RICARDUS FILIUS ET HÆRES RICARDI DE LA ROKELE, *qui tenuit de hærede Philippi de La Rokele infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [jurati] quod prædictus Ricardus filius Ricardi obiit in crastino Conversionis Sancti Pauli ultimo præterito: et quod Matilda soror ejusdem Ricardi propinquior hæres ejus est, et est ætatis septendecim annorum et amplius. *Inquisitio facta die Veneris ante festum Sancti Marci Evangelistæ.* Norfolc'.

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestria Eschaetori suo ultra Trentam, salutem. Licet per inquisitionem quam per vos fieri fecimus de terris et tenementis quæ fuerunt Ricardi filii et hæredis Ricardi de La Rokele defuncti, * accepimus quod Matilda soror ejusdem Ricardi filii Ricardi, quam Rogerus de Fraxino duxit in uxorem, est hæres ipsius Ricardi propinquior et ætatis decem et septem annorum

et amplius; quia tamen intelleximus quod Margareta quæ fuit uxor ipsius Ricardi filii Ricardi est prægnans de eodem Ricardo, terras et tenementa quæ fuerunt prædicti Ricardi filii Ricardi die quo obiit, et quæ occasione mortis ejusdem in manu nostra existunt, præfatis Rogero et Matildæ distulimus liberare. Volentes igitur per vos inde plenius certiorari et quod justum fuerit fieri in hac parte, vobis mandamus quod prædictam Margaretam personaliter videatis et ipsam in præsentia tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum 'ac mulierum' de balliva vestra diligenter examinari faciatis, utrum videlicet sit prægnans sicut prædictum est, necne, et si ipsam Margaretam prægnantem inveneritis, tunc diligenter inquiretis quo tempore credunt ipsam parituram; et nihilominus per sacramentum &c. diligenter inquiretis cujus ætatis præfatus Ricardus filius Ricardi fuit die quo obiit. *Teste 10 die Maii.*

[*In dorso Brevis.*] Ad videndum et examinandum personaliter Margaretam quæ fuit uxor Ricardi filii Ricardi de La Rokele defuncti, utrum videlicet eadem Margareta sit prægnans, necne, mandatum istud postquam Breve ad me venit exequi non potui, pro eo quod eadem Margareta moratur in partibus Sussex' vel Kantie ut dicitur, quas quidem partes postquam Breve ad me venit, pro aliis negotiis Regis quibus occupatus fui, personaliter accedere non potui. Inquisitionem tamen de ætate præfati Ricardi filii Ricardi juxta tenorem hujus Brevis per subeschaetorem meum in comitatu Norfolkie fieri feci, et eam vobis mitto huic Brevi consutam.

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod prædictus Ricardus filius et hæres Ricardi de La Rokele die Conversionis Sancti Pauli ultimo præterito, quo die obiit, fuit ætatis viginti unius anni et dimidii undecim septimanarum et duorum dierum. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Augustini.*] Norfolk.

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestria &c. Cum nuper quibusdam certis de causis vobis mandaverimus quod Margaretam quæ fuit uxor Ricardi filii et hæredis Ricardi de La Rokele defuncti * personaliter videretis, et ipsam in præsentia tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum ac mulierum de balliva vestra diligenter examinari faceretis, utrum videlicet esset prægnans sicut nobis datum fuit intelligi, necne, et si ipsam prægnantem inveniretis, tunc diligenter inquiretis quo tempore ipsam crederent parituram, de quo nobis nihil hucusque significastis unde plurimum admiramur; vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod dictam Margaretam personaliter videatis, et ipsam examinari et inquisitionem inde fieri faciatis in forma supradicta. *Teste 6 die Junii.*

Inquisitio facta coram Eschaetore apud Laghton' tertio die Julii anno regni Regis Edwardi tricesimo secundo, si Margareta quæ fuit uxor Ricardi filii Ricardi de La Rokele prægnans sit de prædicto Ricardo, necne, per sacramentum Willielmi Maufe Johannis Heringaud, militum [et decem aliorum hominum], et per sacramentum Emmæ de Lolham, Agnetis uxoris Simonis atte Chaumbre [et quatuor aliarum] mulierum juratarum, quæ dictam Margaretam in præsentia dictorum militum et aliorum viderunt et eam diligenter examinerunt: et

precise dicunt super sacramentum suum quod prædicta Margareta non est imprægnata.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

37. JOHANNES FILIUS WALTERI DE TREILLY *alias* TRAILI *alias* TRAYLY. *Inq. p. m.*

Alianora de Traili mater prædicti Johannis de Traili tenet in eodem comitatu manerium de Queye de hæreditate ipsius Johannis, nomine dotis, ex dotatione domini Regis tempore quo idem Johannes fuit in custodia domini Regis. * * Walterus de Traili est ejus filius et propinquior hæres, et est ætatis unius anni et dimidii. Cant'.

Johannes de Trayly et Alicia uxor ejus tenuerunt manerium de Ravenesdene cum pertinentiis 'de dono Alianore de Trailly facto' sibi et hæredibus inter ipsos legitime procreatis. * * Walterus filius prædicti Johannis de Trayly est propinquior hæres ejusdem Johannis, et fuit ætatis unius anni ad festum apostolorum Petri et Pauli proximo præteritum. [*Inquisitio facta 12^o die Maii.*] Bedford'.

Est etiam secunda inquisitio facta anno 33^o de tenementis in Creye Paulyn quæ idem Johannes et Alicia adquisiverunt.

Dictus Johannes de Traili et Alicia uxor ejus conjunctim adquisiverunt dicta tenementa, ut prædictum est, de Alianora de Traili, habenda et tenenda sibi et hæredibus suis de corporibus eorundem Johannis et Aliciæ legitime exeuntibus: ita tamen quod si dictus Johannes et Alicia uxor ejus obirent sine hæredibus de corporibus suis legitime exeuntibus, quod dicta tenementa cum suis pertinentiis rectis hæredibus dicti Johannis imperpetuum remanerent. Cant'.

38. HENRICUS FILIUS AUCHERI *alias* HENRICUS AUCHER. *Inq. p. m.*

Aucherus filius dicti Henrici Aucher est ejus hæres propinquior et de ætate viginti unius anni et amplius. Wiltes'.

Henricus filius Aucheri nullas terras nec tenementa tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit in prædicto comitatu de domino Rege in capite nec de alio; sed tenuit 'die quo obiit' manerium de Pampesworth' in eodem comitatu per legem Angliæ de hæreditate Elæ quondam uxoris suæ. * * Aucherus filius Henrici est ejus filius et hæres propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum. Cantabr'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 11.*]

39. ROBERTUS DE DENHAM. *Inq. p. m.*

Idem Robertus nihil tenuit solus ibidem de domino Rege in capite die quo obiit; sed ipse et Margareta uxor ejus conjunctim tenuerunt quædam tenementa subscripta de domino Rege in capite ut de honore de Eye; * quæ quidem tenementa iidem Robertus et Margareta adquisiverunt sibi et hæredibus ipsius Roberti 'de Thoma de Denham.' * * Johannes filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis septendecim annorum ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum Sanctæ Margarietæ Virginis.*] Suffolc'.

U U

40. WALTERUS DE FAUCUMBERGE. *Inq. p. m.*

Walterus de Faucumberge est filius et propinquior hæres dicti domini Walteri, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 23; et 33 Edw. I. m. 20.*]

41. HENRICUS DE HELYUN *alias* HELYOUN. *Inq. p. m.*

Henricus filius Henrici de Helyoun est hæres ejus propinquior; et erit ætatis trium annorum die Nativitatis Domini proximo futuro. Essex'.

Idem Henricus et Alicia uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim feoffati fuerunt de quodam reddito in comitatu Suffolciæ.

42. PETRUS DE LEYCESTRE. *Inq. p. m.*

Quædam Juliana de Leycestre consanguinea dicti Petri, 'quam Walterus de Beruthorp duxit in uxorem,' est hæres prædicti Petri propinquior et est ætatis viginti quatuor annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

43. GILBERTUS LE HARPUR DE CESTRETON'. *Inq. p. m.*

Quidam Henricus de Brok', proavus dicti Gilberti, tempore Regis Ricardi progenitoris Regis nunc, dedit Magistro Militiæ Templi in Anglia 28s. per annum ad sustentationem cujusdam Bruni ad terminum vitæ suæ, cujus filiam dictus Henricus de Brok' desponsavit, et sic hæredes dicti Henrici semper solebant reddere prædictos 28s. de anno in annum, quousque dictus Gilbertus Le Harpur jam decem annis elapsis dictos 28s. reddere contradicebat. * Robertus Le Harpur est filius et hæres dicti Gilberti propinquior et plenæ ætatis.

Warewic'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

44. JOHANNES DE TYNGEWYK' *alias* TINGEWYK'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod prædictus Johannes de Tyngewyk' Roisia uxor ejus et Willielmus filius eorundem Johannis et Roisiæ conjunctim perquisiverunt de dono et feoffamento Johannis de London' quædam tenementa in Evenle, tenenda eisdem Johanni Roisiæ et Willielmo et hæredibus ipsius Willielmi imperpetuum. * * Et dicunt quod prædicti Johannes Roisia et Willielmus, sicut prædictum est conjunctim feoffati, seisinam suam conjunctim de omnibus terris et tenementis prædictis a tempore feoffamenti prædicti usque ad diem mortis prædicti Johannis plene et pacifice continuaverunt. Et dicunt quod prædictus Willielmus est propinquior hæres ipsius Johannis et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 3.*]

45. THOMAS DE WODHULL' *alias* WAHULL' *alias* WADHULL'. *Inq. p. m.*

Johannes de Wahull' filius prædicti Thomæ est hæres propinquior ejusdem Thomæ et ætatis unius anni et septendecim septimanarum.

[*Inquisitio facta die Martis post festum Sancti Ceddæ Episcopi.*]

Northampton'.

Prædictus Thomas et Hawisia uxor ejus tenuerunt conjunctim in Parva Wahull', de honore prædicto [Bononiæ] * sibi et eorum

hæredibus inter ipsos legitime procreatis, die quo idem Thomas obiit, de dono et concessione Johannis de Wahull' patris prædicti Thomæ tenementa subscripta. * * Johannes filius ejusdem Thomæ propinquior hæres ejus est; et fuit ætatis unius anni ad festum Omnium Sanctorum proximo præteritum. [*Inquisitio facta 14^o die Februarii.*] Bedford'.

46. ROBERTUS DE BRUS *alias* LE BRUS, SENIOR. *Inq. p. m.*

Robertus Le Brus junior est filius et hæres propinquior ipsius Roberti Le Brus senioris, et est ætatis triginta annorum. Middlesex'.

Robertus de Brus, Comes Carryk', filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejusdem Roberti et ætatis triginta duorum annorum et amplius. Huntingdon'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4; et 34 Edw. I. m. 13.*]

47. ROGERUS LE GRAS (FRATER ET HÆRES RADULPHI LE GRAS). *Inq. p. m.*

Nicholaus Le Gras, frater prædicti Rogeri Le Gras, est hæres ejus propinquior et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Surr'.

Nicholaus Le Gras est frater et hæres propinquior prædicti Rogeri Le Gras, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Essex'.

Item, de feoffamento eidem Rogero et Johannæ uxori suæ facto per Nicholaum Le Gras.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod Rogerus Le Gras, die Nativitatis Beatae Mariæ anno regni Regis nunc tricesimo, feoffavit Nicholaum Le Gras fratrem suum de præfato manerio de Parva Badewe et prædictis terris et tenementis in Terlyng', habendis eidem Nicholao et hæredibus suis imperpetuum de capitalibus dominis feodorum per servitia inde debita et consueta; et quod idem Nicholaus seisinam suam de manerio terris et tenementis prædictis 'per feoffamentum illud' pacifice continuavit, capiendo inde singula expletia, usque festum Sancti Lucae Evangelistæ proximo sequens sine impedimento alicujus. Et dicunt quod eodem die Sancti Lucae præfatus Nicholaus per chartam suam feoffavit prædictum Rogerum et Johannam uxorem ejus de manerio et terris et tenementis prædictis, habendis eisdem Rogero et Johannæ et hæredibus de corporibus ipsorum Rogeri et Johannæ legitime procreatis; ita quod si prædictus Rogerus obiret sine hærede sic legitime procreato quod prædicta Johanna teneret manerium ac terras et tenementa prædicta ad terminum vitæ suæ, et post decessum ejusdem Johannæ quod manerium ac terræ et tenementa prædicta remanerent rectis hæredibus præfati Rogeri. * Et dicunt quod prædicti Rogerus et Johanna sic conjunctim per feoffamentum illud feoffati seisinam suam de manerio ac terris et tenementis prædictis pacifice continuerunt a prædicto die Sancti Lucae usque diem Jovis proximo post festum Sancti Michaelis proximo sequens, quo die præfatus Rogerus obiit. Essex'.

48. HUGO DE MORTUO MARI DE CASTRO RICARDI. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johanna primogenita filia ejusdem Hugonis et Margareta postnata sunt propinquiores hæredes ejusdem Hugonis;

et quod prædicta Johanna fuit ætatis duodecim annorum in festo Sanctæ Katherinæ Virginis proximo præterito; et prædicta Margareta fuit ætatis octo annorum in festo Exaltationis Sanctæ Crucis proximo præterito. Item dicunt quod prædictus Hugo simul cum Matilda uxore ejus tenuerunt conjunctim die quo obiit manerium de Codderugg' &c. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Decollationis Sancti Johannis Baptistæ.*] Wigorn'.

Johanna filia prædicti Hugonis est ætatis quindecim annorum, et Margareta filia ejusdem Hugonis est ætatis decem annorum, et [sunt] propinquiores hæredes ejusdem Hugonis. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin., 1 Edw. II. m. 9.*]

49. INGELRAMUS LE WALEYS. *Inq. p. m.*

Johannes Le Waleys est filius et hæres dicti Ingelrami et de ætate triginta annorum. Wiltes'.

Item, assignatio dotis Aliciæ quæ fuit uxor ejusdem Ingelrami Le Waleys.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 5.*]

50. WILLIELMUS DE HARDREDESHULL' *alias HARDESCILL' alias HARDESHULL'.* *Inq. p. m.*

Prædictus Willielmus HARDESCILL' et Juliana uxor ejus tenuerunt manerium de Saleby conjunctim. * * Johannes de Hardescill' est filius et hæres legitimus prædicti Willielmi, et est ætatis duodecim annorum et amplius. Lincoln'.

Quidam Johannes est filius et hæres ejus propinquior, et fuit de ætate decem annorum ad festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 13.*]

51. PETRUS DE LA TWYERE. *Inq. p. m.*

Willielmus filius dicti Petri de La Twyere est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quatuordecim annorum die Sancti Gregorii Papæ proximo præterito. [*Inquisitio facta 24^o die Aprilis.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 5.*]

52. JOHANNES DAUBENY *alias DE AUBENY alias DE ALBINIACO.* *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Aubeny est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate undecim annorum ad Gulam autumni proximo præteritum. [*Inquisitio capta 7^o die Maii.*] Gloucestr'.

Johannes de Aubeny est filius et hæres propinquior Johannis de Aubeny defuncti duodecim annorum. [*Inquisitio facta 28^o die Maii.*] Southampton'.

53. ROBERTUS DE ROWELLE. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod omnia tenementa supradicta sunt eschaeta domini Regis per feloniam Johannis filii et hæredis prædicti Roberti de Rowelle defuncti, qui quidem Johannes utlagatus fuit in pleno comitatu Lincolnæ, die Lunæ proxima ante festum Natalis Domini hoc anno. Lincoln'.

54. HENRICUS DE MONTE FORTI. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam prædicti juratores quod Reginaldus de Monte Forti filius prædicti Henrici de Monte Forti est propinquior hæres ejusdem Henrici, et quod est ætatis duodecim annorum. [*Inquisitio facta 31^o die Julii a^o 32^o.* Somerset.]

Reginaldus de Monte Forti filius prædicti Henrici de Monte Forti est ejus hæres propinquior, et est ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio facta 5^o die Junii a^o 33^o.* Somerset.]

55. WILLIELMUS DE TYLLEBURY *alias* TILLEBURY *alias* TILLEBERY. *Inq. p. m.*

Johannes de Tillebery est filius et hæres propinquior prædicti Willielmi, et fuit ætatis octo annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi tricesimo secundo. Essex.]

[*Vide Rot. Fin., 20 Edw. I. m. 18.*]

56. JOHANNES FILIUS JOHANNIS FILII SIMONIS, *alias* JOHANNES FILIUS SIMONIS. *Inq. p. m.*

Inquisitio facta apud Herpesfeld' die Lunæ in festo Sancti Edmundi Archiepiscopi anno regni Regis Edwardi 32^o finiente de terris et tenementis quæ fuerunt Johannis filii Johannis filii Simonis. * * * Edwardus filius prædicti Johannis est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis sex annorum. Hertford.]

Inquisitio capta coram eschaetore domini Regis apud Stanbregg' die Lunæ proximo post festum Sancti Leonardi anno regni Regis Edwardi 32^o de terris et tenementis in quibus Johannes filius Simonis obiit seisisitus in dominico suo ut de feodo. * * * Prædictus Johannes nullas terras vel tenementa tenuit de domino Rege in capite 'solus' in dominico suo ut de feodo in comitatu Essex' die quo obiit. Tenuit tamen manerium de Stanbregg' simul cum Petronilla uxore sua, quod quidem manerium est de hæreditate prædictæ Petronillæ uxoris suæ, de domino Rege ut de baronia de Reylegh'. * * * Prædicta Petronilla uxor dicti Johannis filii Simonis potest facere hæredem suum quemcunque voluerit de dicto manerio de Stanbregg'. Essex.]

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 19.*]

57. HUGO DE LA HIDE. *Inq. p. m.*

Prædictus Hugo et Alicia uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt die quo dictus Hugo obiit quadraginta acras terræ arabilis cum pertinentiis in Thornhulle in comitatu prædicto de Henrico de Lacy Comite Lincoln' in socagium. * * * Matilda, Johanna et Cutburga, filiæ dicti Hugonis, sunt propinquiores hæredes ejusdem Hugonis. Et est dicta Matilda ætatis trium annorum; et dicta Johanna ætatis unius anni; et dicta Cutburga ætatis undecim septimanarum in festo Sancti Bartholomæi ultimo præterito. [*Inquisitio facta 16 die Novembris.* Dorset.]

58. WALTERUS DE LA BARRE. *Inq. p. m.*

Idem Walterus et Sibilla uxor ejus conjunctim per Nicholaum Larcher feoffati, videlicet, sibi et hæredibus ipsius Walteri imperpetuum,

tenuerunt quædam tenementa in Tatinton'. * * * Thomas filius ejusdem Walteri est hæres ejus propinquior et ætatis viginti quinque annorum et amplius. Hereford'.

Thomas de La Barre filius ejusdem Walteri est propinquior hæres ejusdem Walteri, et fuit ætatis viginti quinque annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 8° die Junii.*] Salop'.

59. EDWARDUS DE BESILLES. *Inq. p. m.*

Petrus de Besilles, filius prædicti Edwardi de Besilles, est ejus hæres propinquior et de ætate duorum annorum. Wiltes'.

60. JOHANNES DE INSULA VECTA, FILIUS WILLIELMI DE INSULA VECTA.

Johannes de Insula, filius dicti Johannis de Insula defuncti, est propinquior hæres ejusdem Johannis et ætatis viginti trium annorum et dimidii. [*Inquisitio facta 10° die Julii.*] Southampton'.

[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 4.*]

61. GILBERTUS DE GAUNT, *defunctus. Extentæ feodorum militum, &c.*

62. ROGERUS DE BROM, *qui tenuit de hærede Roberti de Tateshale infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Rogeri propinquior hæres ejus est et ætatis novem annorum et amplius. * * * Rogerus de Brom die quo obiit et Petronilla uxor ejus, conjunctim feoffati ad terminum vitæ utriusque eorum per finem in Curia domini Regis inde levatum, tenuerunt quasdam terras et tenementa in villa de Blonorton' de prædicto hærede Roberti de Tateshale. * * * Willielmus filius dicti Rogeri de Brom propinquior hæres est dictorum Rogeri et Petronillæ de prædictis terris et tenementis in villa de Blomorton suprascripta post decessum ipsius Petronillæ. Norfolc'.

63. EDMUNDUS DE MORTUO MARI. *Inq. p. m.*

Rogerus filius præfati Edmundi de Mortuo Mari est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis decem et septem annorum die Sancti Marci ultimo præterito. [*Inquisitio facta 22° die Augusti.*] Gloucestr'.

Rogerus de Mortuo Mari filius prædicti Edmundi est hæres ejusdem propinquior, et fuit ætatis decem et octo annorum in festo Inventionis Sanctæ Crucis ultimo præterito. [*Inquisitio facta 18° die Augusti.*] Southampton'.

Idem Edmundus et Margareta uxor ejus conjunctim tenuerunt die quo ipse Edmundus obiit diversa terras et tenementa tenenda sibi et hæredibus prædicti Edmundi.

64. HUGO BARDOLF *alias* BARDULF. *Inq. p. m.*

Thomas Bardulf, filius prædicti Hugonis Bardulf, est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti unius annorum et amplius. Surr'.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod dictus Hugo Bardolf tenuit die quo obiit in comitatu prædicto manerium de Percinge de Comite Warenn' de hæreditate Isabellæ uxoris suæ filiæ et hæredis Roberti Aguilon, quæ superstes est, per servitium unius feodi militis.

Et dicunt quod prædicta hæreditas simul cum aliis terris descende-
bat præfatis Hugoni et Isabellæ, ut jus et hæreditas ipsius Isabellæ per
mortem prædicti Roberti Aguillon, post matrimonium inter præfatos
Hugonem et Isabellam solemnizatum. * * Dicunt etiam quod
dictus Hugo Bardolf et Isabella uxor ejus conjunctim feoffati tenu-
erunt manerium de Plompton' de dono Willielmi Bardolf patris dicti
Hugonis, habendum et tenendum toto tempore vitæ utriusque ipso-
rum et hæredibus dicti Hugonis legitime procreatis. * * Dicunt
etiam quod Thomas Bardolf, filius prædicti Hugonis Bardolf, est
hæres ejusdem Hugonis propinquior et ætatis viginti duorum anno-
rum. Sussex'.

Dicunt [jurati] quod Thomas Bardulf filius prædicti Hugonis est ejus
hæres propinquior, et est ætatis viginti et duorum annorum die
Beati Francisci post festum Beati Michaelis in anno regni Regis
Edwardi tricesimo secundo. Interrogati qualiter hoc sciunt dicunt
quod bene recolunt quia natus fuit in comitatu Hertford' apud
Watton' in anno regni Regis Edwardi decimo, et magna fuit inde
locutio et notitia in partibus istis, ita quod bene recolunt.
Southampton'.

[Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 20.]

65. ADAM FILIUS HERVICI DE CROFTON', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
66. JOHANNES FILIUS NICHOLAI LAURENCE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
67. WILLIELMUS LE SAFFERE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
68. STEPHANUS GRAYDER, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
69. THOMAS COMES LANCASTR'—*pro FRATRIBUS HEREMITIS ORDINIS SANCTI AUGUSTINI LEICESTR'. Inq. ad q. d.*
70. *De firmis quas burgagium et placea vacua, quæ Johannes de Enefeld' tenet per chartam Regis in villa de Berewici super Twedam, reddere solebant tempore Alexandri quondam Regis Scotiæ.*
71. WILLIELMUS HERING', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
72. ROBERTUS SPARWE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
73. ABBAS DE RUFFORD'. *Inq. ad q. d.*
74. NICHOLAUS IN THE HALE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
75. JOHANNES DE BIRTHORP'—*pro ROGERO FILIO JOHANNIS DE BIRTHORP'. Inq. ad q. d.*
76. HENRICUS FILIUS HENRICI ATTE HETHE DE HATHERDON', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
77. RADULPHUS CURTEYS. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*
78. ABBAS ET CONVENTUS DE PONTE ROBERTI—*pro EPISCOPO CICESTRENSI. Inq. ad q. d.*

79. COMMUNITAS VILLE WIGORN'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE PERSHORE.
Inq. ad q. d.
80. ROBERTUS FILIUS SIMONIS LE CARPENTER. *Inq. ad q. d.*
81. GILBERTUS DE UMFRAMVILL' COMES DE ANEGOS ET ELIZABETHA UXOR
EJUS, ET WILLIELMUS DE FAUNES. *Inq. ad q. d.*
82. WILLIELMUS LE FORAGER, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem
pertinent.*
83. PRIOR DE MAGNA MALVERNE. *Inq. ad q. d.*
84. JORDANUS DE LARKESTOK' — *pro* ROBERTO DE MICHELDEVRE. *Inq.
ad q. d.*
85. FRATRES DE PŒNITENTIA JESU CHRISTI DE LONDON'—*pro* ROBERTO FILIO
WALTERI—*pro* capella in Colemanes-strete quæ dudum fuit syna-
goga Judæorum. *Inq. ad q. d.*
86. JOHANNES DE CRUMBWELLE. *Inq. ad q. d.*
87. GALFRIDUS SITEADUN — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI
AUGUSTINI CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*
88. PRIOR ET CONVENTUS DE BOULTON' IN CRAVEN. *Inq. ad q. d.*
89. MAGISTER RICARDUS DE VYENE — *pro* PRIORE ET CONVENTU BATHON'.
Inq. ad q. d.
90. JOHANNES DE DUFFORD' ET CECILIA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
91. ROGERUS DE MESSENDENE ET JULIANA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
92. GALFRIDUS DE PULHAM — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE CYRENCESTR'.
Inq. ad q. d.
93. ROBERTUS LE WHAYTE *alias* WAYTE — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE
LANERCOST. *Inq. ad q. d.*
94. WILLIELMUS DE ROS DE HAMELAK' — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE
WARTRE. *Inq. ad q. d.*
95. JOHANNES DE KIRKEBY, *clericus. Inq. ad q. d.*
96. WILLIELMUS DESERT—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BOULTON' IN CRAVEN.
Inq. ad q. d.
97. ABBAS DE BELLO LOCO REGIS. *De annuo redditu in burgo de Helleston'.*
98. GILBERTUS LE PALMER. *Inq. ad q. d.*
99. WALTERUS BATHON' ET WELLEN' EPISCOPUS—*pro* RICARDO DE RODENEYE
ET LUCIA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
100. JOHANNES DE SUTTON', *clericus*—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE RAME-
SEYE. *Inq. ad q. d.*
101. JOHANNES FILIUS WILLIELMI DE CREYSTOK'—*pro* ROGERO FILIO WIL-
LIELMI DEL HEVEDE. *Inq. ad q. d.*
102. NICHOLAUS DE BONDEGATE, *capellanus*—*pro* CANONICIS ECCLESIE SANCTI
WILFRIDI DE RIPON'. *Inq. ad q. d.*

103. JOHANNES SEVENTH'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WALTHAM. *Inq. ad q. d.*
104. ROGERUS DE LANUM—*pro* ROBERTO LE POWER ET ROGERO FILIO EJUS. *Inq. ad q. d.*
105. REGINALDUS DE TUDEWORTH'—*pro* ECCLESIA BEATI EDMUNDI CONFESSORIS SARUM. *Inq. ad q. d.*
106. RICARDUS DE MORPATH'—*pro* CAPELLA OMNIUM SANCTORUM DE MORPATH'. *Inq. ad q. d.*
107. PRIOR ET CONVENTUS DE BOULTON' IN CRAVEN'. *Inq. ad q. d.*
108. ABBAS ET CONVENTUS BEATÆ MARIÆ EBOR'. *Inq. ad q. d.*
109. ROBERTUS BASSET DE RYSSHTON'—*pro* THOMA FILIO ROBERTI BASSET DE RYSSHTON' ET MARGERIA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
110. ABBAS ET CONVENTUS SANCTI PETRI GLOUCESTR'—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
111. WILLIELMUS DE FELTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU BEATÆ MARIÆ KARLIOLI. *Inq. ad q. d.*
112. PRIOR DE MAGNA MALVERNE. *Inq. ad q. d.*
113. ROBERTUS DE TILLOL. *Inq. ad q. d.*
114. WILLIELMUS DE ROS DE HAMELAC—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE NOVO LOCO EXTRA STANFORD'. *Inq. ad q. d.*
115. WILLIELMUS DE COLTON'. *Inq. ad q. d.*
116. PRIOR ET CONVENTUS DE WIRKESOP'—*pro* DECANO ET CAPITULO BEATI PETRI EBOR'. *Inq. ad q. d.*
117. THOMAS DE ELMYNGHAM *alias* HELMYNGHAM—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WEST DERHAM. *Inq. ad q. d.*
118. JOHANNES BONCHEVALER—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE SHELFORD'. *Inq. ad q. d.*
119. GILBERTUS DE CUNDI—*pro* WALTERO DE ROMESIE. *Inq. ad q. d.*
120. HENRICUS BRUN—*pro* ABBATE ET CONVENTU SANCTI THOMÆ MARTYRIS JUXTA DUBLIN'. *Inq. ad q. d.*
121. ELENA *alias* ELLOTA DE PRENDERLATHE, ("Damoysele jadis la Reyne de Norweye.") *De tenementis quæ ipsa Elena habuit ex dimissione Johannis Wyschard de La Cars, et quæ capta fuerunt in manum Regis octo annis et dimidio elapsis occasione rebellionis ejusdem Johannis.*
122. DAVID LE BLUND ET AMABILLA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
123. WILLIELMUS DE MORTUO MARI—*pro* ISABELLA DE MORTUO MARI. *Inq. ad q. d.*
124. HENRICUS DE BULEBEK'—*pro* ALIANORA DE EWELL'. *Inq. ad q. d.*
125. JOHANNES DE BEAUMEYS—*pro* PRIORISSA ALBARUM MONIALIUM DE BREWODE. *Inq. ad q. d.*

126. RICARDUS DE WILUBY—*pro* ECCLESIA BEATI PETRI DE NOTTINGHAM'.
Inq. ad q. d.
127. RICARDUS ALMUND—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI
JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
128. ROBERTUS DE SANCTO EDMUNDO. *Inq. ad q. d.*
129. OSBERTUS GIFFARD—*pro* JOHANNE ABEL ET MARGERIA UXORE EJUS.
Inq. ad q. d.
130. PRIOR ET CONVENTUS BEATÆ MARIÆ KARLIOLI. *Inq. ad q. d.*
131. WILLIELMUS WALDESHEF—*pro* ABBATE DE THORNEYE. *Inq. ad q. d.*
132. JOHANNES LE KEU *vel* KEN—*pro* ABBATE SANCTI AUGUSTINI CANTUAR'.
Inq. ad q. d.
133. JOHANNES BASSET—*pro* PRIORE ET CONVENTU BATHON'. *Inq. ad q. d.*
- 134 a. THOMAS FILIUS ALUREDI DE ERLESTOK'. *Inq. ad q. d.*
- 134 b. WILLIELMUS FILIUS ROGERI DE ILUM—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE
BURTON' SUPER TRENTAM. *Inq. ad q. d.*
135. HENRICUS SCOT—*pro* ECCLESIA SANCTI JOHANNIS DE NOVO CASTRO
SUPER TYNAM. *Inq. ad q. d.*
136. ABBAS ET CONVENTUS DE SELEBY. *Inq. ad q. d.*
137. WILLIELMUS DE NOTTINGHAM'—*pro* PRIORE ET CONVENTU SANCTÆ
KATHERINÆ EXTRA LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*
138. MAGISTER ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS NORTHAMPTON'.
Inq. ad q. d.
139. RICARDUS DE WALETON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU SALOP'. *Inq.*
ad q. d.
140. ABBAS ET CONVENTUS DE SANCTO EDMUNDO. *Inq. ad q. d.*
141. WILLIELMUS DE BURNE—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS
SANCTI JOHANNIS DE BRISTOLL'. *Inq. ad q. d.*
142. PRIOR DE STIVINTON'. *Inq. ad q. d.*
143. WILLIELMUS DE COLDHAM ET WILLIELMUS DE WALDESHEF'—*pro* ABBATE
ET CONVENTU DE THORNEYE. *Inq. ad q. d.*
144. PETRUS TAPPE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE THORNEYE. *Inq.*
ad q. d.
145. WILLIELMUS ATTE STYLE, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE
MERTON'. *Inq. ad q. d.*
146. PRIOR ET CONVENTUS DE MARTON' ET PRIOR ET CONVENTUS DE BOUL-
TON' IN CRAVENE: AC ADAM DE WODEHUSES ET WILLIELMUS DE
WODEHUSES—*pro* EISDEM PRIORE ET CONVENTU DE BOULTON'.
Inq. ad q. d.
147. ROBERTUS DE BRUS COMES CARRIK'. *De libertatibus infra terras suas*
Vallis Anaud' in Scotia.
148. ADAM DE OSGOTEBY, PERSONA ECCLESIE DE GAIRGRAVE. *De decimis.*

149. RADULPHUS LE MARESCHAL ET AGNES UXOR EJUS—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*
150. WILLIELMUS RYVEL *capellanus*, ET ALII—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Tres Inq. ad q. d. de annis 31° et 32°.*
151. JOHANNES DE OVER MARKET—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI AUGUSTINI CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*
152. JOHANNES DE CRUMBWELL' ET IDONIA UXOR EJUS—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS BEATÆ MARLÆ DE MONTE CARMELI DE APPELBY. *Inq. ad q. d.*
153. JOHANNES DE INSULA—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS BEATÆ MARLÆ DE NOVO CASTRO SUPER TYNAM. *Inq. ad q. d.*
154. NICHOLAUS DE NORTHAMPTON', *clericus*. *Inq. ad q. d.*
155. THOMAS COMYN—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE CYRENCESTR'. *Inq. ad q. d.*
156. ROBERTUS DE SWAYNESTHORP'—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
157. EDMUNDUS DE MORTUO MARI—*pro* JOHANNE DE MORTUO MARI FILIO SUO. *Inq. ad q. d.*
158. WILLIELMUS DE KILKENNY ET WALTERUS DE TOTTON'—*pro* DECANO ET CAPITULO BEATI PETRI EXON'. *Inq. ad q. d.*
159. WILLIELMUS DE CLYVEDENE, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE MERTON'. *Inq. ad q. d.*
160. MATHÆUS DE HALLOWE ET JOHANNA FILIA EJUS, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU WYGORN'. *Inq. ad q. d.*
161. WILLIELMUS DE LA MOTE, *ex dono Thomæ Grelle*. *Inq. ad q. d.*
162. JOHANNES FILIUS THOMÆ DE UNDELE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE BURGO SANCTI PETRI. *Inq. ad q. d.*
163. HOSPITALE SANCTORUM INNOCENTIIUM EXTRA LINCOLN'. *De redditibus, servitiis, &c. subtractis.*
164. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS HURAUD *vel* HURAND *defuncti*. *Extenta terrarum quas ipsa Margeria tenet.*
[*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 7.*]
165. JOHANNES FILIUS ROBERTI DE HUSUM ET WILLIELMUS TALUN—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE NOVO LOCO SUPER ANCOLNE. *Inq. ad q. d.*
166. ABBATISSA ET MONIALES SHAFTON'. *Inq. ad q. d.*
167. THOMAS COMES LANCASTR'—*pro* MAGISTRO WILLIELMO DE PYKERING'. *Inq. ad q. d.*
168. HUGO DE WYLGHEBY *alias* WYLUGHBY, ET ALII—*pro* ABBATE ET CONVENTU BEATÆ MARLÆ EBOR'. *Inq. ad q. d.*
169. PRIOR ET CONVENTUS DE KENLES IN OSSOR'. *Inq. ad q. d.*

 Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Ricardus de Belhus, pater Thomæ de Belhus, dedit per chartam suam manerium de Barkeston' prædicto Thomæ et Matildæ uxori ejus in liberum maritagium, 'habendum eisdem Thomæ et Matildæ et hæredibus de corporibus eorum legitime procreatis;' et quod eadem Matilda a tempore donationis illius seisinam suam simul cum prædicto viro suo usque ad diem obitus ejusdem pacifice continuavit. Et dicunt etiam quod decem anni sunt elapsi post feoffamentum eisdem factum. Leicestr'.
- [*Vide Rot. Fin., 32 Edw. I. m. 7.*]
137. ROBERTUS FILIUS JOHANNIS DE CREGHTYER. *Inq. ad q. d.*
138. JOHANNES DE LENHAM — *pro* JOHANNE DE BURNEDISSH'. *Inq. ad q. d.*
139. *De fundatione et patronatu Prioratus Sanctæ Trinitatis Ebor' per Radulfum Paynell' quondam dominum de Drax' cujus hæres est in custodia Regis.'*
140. NICHOLAUS DE SANCTO MAURO — *pro* JOHANNE DE LA MARE ET ALIANORA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
141. JOHANNES PORTEHORS — *pro* PRIORISSA SANCTÆ RADEGUNDIS DE CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*
142. NIGELLUS DE STEYNFORD' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE SALLEYE. *Inq. ad q. d.*
143. WILLIELMUS DE BADEWE. *Inq. ad q. d.*
144. ABBAS ET CONVENTUS DE ATHELYNGNYE. *Inq. ad q. d.*
145. ADAM FILIUS GUIDONIS DE LA FOLYE — *pro* PRIORE ET CONVENTU WIGORN'. *Inq. ad q. d.*
146. ROBERTUS LE EYR — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d., &c.*
147. WILLIELMUS LA ZUSCHE — *pro* WILLIELMO MARTYN. *Inq. ad q. d.*
148. RICARDUS DE LA LYNDE — *pro* PRIORE ET CONVENTU WIGORN'. *Inq. ad q. d.*
149. ABBAS ET MONACHI DE FISCAMPO. *De villa de Nethereswelle ad hundredum de Salemannesbury pertinente.*

150. ABBAS WESTMONASTERII—*pro* PRIORISSA DE HYNEWODE. *Inq. ad q. d.*
151. MAGISTER RICARDUS DE BOUDON'. *Inq. ad q. d.*
152. WILLIELMUS TRACY PERSONA ECCLESIE BEATÆ MARIE DE MORTEHO—*pro* EADEM ECCLESIA. *Inq. ad q. d.*
153. PRIOR ET CONVENTUS DE BOULTONE IN CRAVENE—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE BEATI PETRI EBOR'. *Inq. ad q. d.*
154. ABBAS DE BARDENAY. *De terris suis alienatis.*
155. JOHANNES LE SCUT *vel* STUT—*pro* ECCLESIA SANCTI THOMÆ MARTYRIS DE NOVA SARUM—*pro* animabus ipsius Johannis et Cecilie uxoris ejus et Matildæ quondam uxoris ejus. *Inq. ad q. d.*
156. JOHANNES DE BOUGHES—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE EGLESTON'. *Inq. ad q. d.*
157. RICARDUS DE BRUMPTON' ET THOMAS FILIUS EJUS SENIOR. *Inq. ad q. d.*
158. MAGISTER THOMAS DE ABBERBURY—*pro* COVENTRENSI ET LICHFELDENSIS EPISCOPO. *Inq. ad q. d.*
159. WILLIELMUS LA ZUSCHE. *De returnis Brevium in manerio de Tottonia.*
160. RADULPHUS PIROT, *defunctus.* *De feoffamento.*
 Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Radulphus Pirot dum vixit per quindenam ante mortem suam dedit et concessit Simoni Pirot filio suo manerium de Lindesele cum pertinentiis, et ipsum inde per chartam suam feoffavit. Et dicunt quod dictus Radulphus, die quo hujusmodi donationem et concessionem fecit, fuit compos mentis et in bono statu memoriæ. Et dicunt quod dictus Simon per easdem donationem et concessionem fuit in bona et pacifica seisina prædicti manerii ante diem obitus prædicti Radulphi patris sui per quindenam, et postea usque Eschaetor domini Regis post diem obitus prædicti Radulphi cepit prædictum manerium in manibus domini Regis. * * Et dicunt quod Radulphus filius Radulphi filii Radulphi Pirot nuper defuncti est ejus hæres propinquior et ætatis quatuordecim annorum. Essex'.
161. ROBERTUS DE BENYNGWORTH' PERSONA ECCLESIE DE WOLYNGHAM—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE STIKESWALD'. *Inq. ad q. d.*
162. WILLIELMUS LA ZUSCHE—*pro* CAPELLA OMNIUM SANCTORUM DE HARINGWORTH'. *Inq. ad q. d.*
163. MAGISTER JOHANNES DE SNAYNTON'.—*pro* ABBATE ET CONVENTU BEATÆ MARIE EBOR'. *Inq. ad q. d.*
164. ROGERUS LE BYGOD COMES NORFOLC'—*pro* RICARDO PERNEGARDE VALLETTO SUO. *Inq. ad q. d.*
165. THOMAS DE ASTON'—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS DE BANNEBURY. *Inq. ad q. d.*
166. HENRICUS DE BLUNTESDON'—*pro* ECCLESIA BEATI ANDRÆ DE BLUNTESDON'. *Inq. ad q. d.*
167. THOMAS DE CAMERA—*pro* ROBERTO FILIO SUO. *Inq. ad q. d.*

168. MAGISTER MILITIE TEMPLI. *Inq. ad q. d.*
169. JOHANNES DE LA CHAUMBRE — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*
170. WILLIELMUS DE HAMELTON'—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE BEATI PETRI EBOR'. *Inq. ad q. d.*
171. JOHANNES GREYNDORGE — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE SALLAY. *Inq. ad q. d.*
172. ROBERTUS FILIUS ROBERTI DE ROUTHCLYVE—*pro* ABBATE ET CONVENTU BEATE MARIE EBOR'. *Inq. ad q. d.*
173. ABBAS DE BEGEHAM. *De libertatibus in foresta de Asshedoune.*
174. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE VESCY. *De manerio de Welleburne quod ipsa tenet ad terminum vitæ suæ.—Item, de baronia de Caral et portu del Can in Scotia.*
175. PHILIPPUS LE LARDINER—*pro* WILLIELMO GRA. *Inq. ad q. d.*
176. PRIORISSA ET MONIALES DE SOPWELLE. *Inq. ad q. d.*
177. RICARDUS DE BURGO COMES ULTON'—*pro* CAPELLA APUD LOGHRE ET TYPERBRIDE IN HIBERNIA. *Inq. ad q. d.*
178. OSBERTUS DE SPALDINGTON'—*pro* ROBERTO DE WYKYNGBY. *Inq. ad q. d.*
179. HUGO DE SCALES ET ALII, EXECUTORES TESTAMENTI MAGISTRI WILLIELMI BURNEL — *pro* MAGISTRO ET SCOLARIBUS DOMUS DE BALLIOLO OXON'. *Inq. ad q. d.*
180. JOHANNES HASSOK', ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ELLERTON'. *Inq. ad q. d.*
181. JOHANNES DE BELLO CAMPO, DE FIFHYDE — *pro* ROBERTO DE LA BURGHE ET MARGERIA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
182. JOHANNES DE MAUNDEVILL'—*pro* ROBERTO LE FIZ PAYN ET ISABELLA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
183. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE DOVER'. *De inquirendo utrum dicta Johanna tenuit manerium de Lesnes de hæreditate Isabellæ quondam sororis prædicti Ricardi an de alio : et de hærede ipsius Isabellæ.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædicta . . .
 Lesnes prædictum de
 hæreditate prædictæ Isabellæ sororis prædicti Ricardi de Dover'
 quod quidem domino
 Edwardo Rege nunc in capite tanquam membrum baroniæ de
 Cheleham nunc in manu Alexandri de Ba
 Angl' existentis qui prædictam Isabellam duxit in uxorem. *

Et dicunt quod Johannes Comes Daseles in Scotia 'filius dictæ
 Isabellæ' est propinquior hæres ejusdem Isabellæ, et est ætatis
 viginti et unius annorum et amplius. Cant'.

[*Vide Rot. Fin., 33 Edw. I. m. 5.*]

184. GILBERTUS DE CLARE COMES GLOUCESTR' ET HERTFORD', *defunctus*.
*Extenta manerii de Preston' in Cravene cujus custodia ad Regem
pertinet ratione minoris ætatis Gilberti filii et hæredis præfati
Comitis.*
185. ROGERUS LE BYGOD COMES NORFOLCIÆ. *Extenta terrarum suarum in
Hibernia.*
186. JOHANNES FILIUS JOHANNIS FILII PHILIPPI, ET SARRA UXOR EJUS; ET
JOHANNA FILIA JOHANNIS DE WAUTON'. *Inq. ad q. d.*
187. HENRICUS DE GREY *alias* GRAY—*pro* NICHOLAO DE GREY *alias* GRAY
FILIO SUO. *Inq. ad q. d.*
188. MAGISTER RICARDUS DE MIDDELTON'—*pro* WILLIELMO DE BEREFORD'.
Inq. ad q. d.
189. EPISCOPUS KARLIOL'. *De talliagio in manerio de Horncastre.*
190. PETRUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS CHAUMPENEYS. *De statu mentis
suæ, &c.*

Prædictus Petrus filius et hæres prædicti Johannis non est idiota nec
incompos mentis suæ, ita quod dominus Rex dare non possit
custodiam dicti Petri nec terrarum et tenementorum suorum alicui
nisi in præjudicium ipsius Petri. Lincoln'.

[*In dorso inquisitionis*] Examinato 'coram consilio' Petro filio et
hærede Johannis Champeneys, qui dicebatur fuisse idiota, compertum
est quod non est idiota; et ideo mandetur per Breve de cancellaria
Eschaetori quod restituat eidem Petro terram suam cum exitibus, &c.

191. HUGO DE SANCTO PHILIBERTO *defunctus*, ET BENEDICTUS DE BLAKEN-
HAM. *De maneriis, terris, &c., quæ idem Hugo prædicto Benedicto
dimisit ad terminum vitæ ipsius Benedicti, per dictum Benedictum
alienatis et vastatis ad exheredationem Johannis filii et hæredis
dicti Hugonis de Sancto Philiberto infra ætatem et in custodia
Regis existentis.*
192. *De captione manerii de Eyrton' alias Ayrton' in Cravene in manum
Regis, et extenta ejusdem.*

Causa captionis manerii de Ayrton' in Cravene in manum domini
Regis per Ricardum Oysel Eschaetorem Regis ultra Trentam &c.—
Manerium de Ayrton' in Cravene cum suis pertinentiis captum est
in manum domini Regis eo quod Hugo filius Henrici tenuit illud
manerium cum pertinentiis de domino Rege in capite ut de honore
Castri de Skipton' per servitium militare: * qui quidem Hugo
obiit prima septimana Quadragesimæ anno regni Regis Edwardi
tricesimo tertio. Et super hoc Henricum filium et hæredem ejusdem
Hugonis, sine homagio seu feoditate domino Regi faciendis vel aliqua
warantia Eschaetrie, in prædicto manerio [ego Eschaetor] inveni
ingressum, per quod quidem cepi in manum Regis prædictum
manerium.

193. THOMAS DE COUDRAY—*pro* AGNETE DE COUDRAY. *Inq. ad q. d.*
194. HUGO DE PLECY *alias* PLECETIS *alias* PLESSETIS, *defunctus*. *Brevia et
Inquisitiones, de terris et tenementis quæ fuerunt ipsius Hugonis.
Margareta quæ fuit uxor prædicti Hugonis quasdam terras et
tenementa usurpavit ultra dotem sibi ibidem assignatam.*

Item, de manerio de Hedindon' et quomodo devenit ad manus Regis; et Inq. ad q. d. de eodem manerio, &c.

Henricus Rex Angliæ, proavus domini Regis Edwardi qui nunc est, dedit manerium de Hedindon', una cum hundredo de Bolenden' et hundredo extra portam Borialem Oxon', Thomæ Basset et hæredibus suis imperpetuum, pro bono servitio suo in diversis guerris suis. * Manerium prædictum descendebat ad Philippam filiam prædicti Thomæ Basset cum prædictis duobus hundredis tanquam ad partem suam contra Julianam sororem suam, et quia eadem Philippa descendit sine hærede de corpore suo exeunte, prædictum manerium descendebat ad Isabellam filiam Julianæ prædictæ, tanquam ad consanguineam et proximum hæredem; tunc venit Hugo de Plessetis et duxit prædictam Isabellam in uxorem, et post decessum ejusdem Isabellæ prædictus Hugo fecit unum escambium cum domino Rege Edwardo qui nunc est de prædictis manerio de Hedindon' hundredo de Bolenden' et hundredo extra portam Borialem Oxon'. Oxon'.

195. DOMINUS REX — *pro RICARDO DE BURGO COMITE ULTON'. De feoffamento faciundo, &c.*
196. WILLIELMUS DE BURNE — *pro MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ DE BRISTOLL'. Inq. ad q. d.*
197. THOMAS DE CHAUCUMBE miles. *Inq. ad q. d.*
198. WALTERUS DE AYLESBURY — *pro ECCLESIA DE ROULESHAM. Duæ Inq. ad q. d. de annis 33° et 34°.*
199. ROBERTUS DOGET ET ALICIA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
200. ABBAS ET CONVENTUS SANCTI JACOBI EXTRA NORTHAMPTON'. *Inq. ad q. d.*
201. JOHANNES SAMPSON, ET ALII — *pro MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI LEONARDI EBOR'. Inq. ad q. d.*
202. RICARDUS DE WYNDESOR' ET JOHANNA UXOR EJUS ET RICARDUS FILIUS EJUSDEM RICARDI. *Inq. ad q. d.*
203. AMICIA DE LA RIVERE — *pro RICARDO DE LA RIVERE. Inq. ad q. d.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod est ad præjudicium et damnum dicti domini Regis, et non aliorum, si dictus dominus Rex concedat Amiciæ de La Rivere quod ipsa manerium de Hampton' Turvile cum pertinentiis dare possit et concedere Ricardo de La Rivere, habendum et tenendum sibi et hæredibus suis de dicto domino Rege et hæredibus suis per servitia inde debita et consueta imperpetuum, pro eo quod dicta Amicia de La Rivere tenuit prædictum manerium in feodum de domino Rege, quod quidem manerium dimisit Ricardo de La Rivere ad terminum vitæ suæ, et quod post mortem dictorum Ricardi et Amiciæ descendere debet Johanni de La Rivere ut filio et hæredi dictæ Amiciæ, post cujus mortem dictus dominus Rex amitteret custodiam et maritagium hæredis dicti Johannis infra ætatem existentis; qui quidem Johannes tenet terras et tenementa de aliis dominis et non de domino Rege ad valentiam centum librarum in omnibus exitibus. Wiltes'.

204. RICARDUS DE LA LYNDE—*pro* ECCLESIA SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ DE BREMESGRAVE. *Inq. ad q. d.*
- 205 a. RICARDUS DE LA LYNDE—*pro* ECCLESIA SANCTI ANDRÆ DE MOUNESLEYE. *Inq. ad q. d.*
- 205 b. JOHANNA ENGAYNE—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE FINNESHEVED. *Inq. ad q. d.*
206. ADAM LE WALSH. *Inq. ad q. d.*
207. ABBAS ET CONVENTUS DE BEGEHAM. *Inq. ad q. d.*
208. WILLIELMUS PASTUREL—*pro* ABBATE ET CONVENTU GLASTON'. *Inq. ad q. d.*
209. WILLIELMUS DE ROS, DE HAMELAK', ET MATILDA UXOR EJUS—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE PENTENEYE. *Inq. ad q. d.*
210. HENRICUS PICOT. *Inq. ad q. d.*
211. PRIOR ET CANONICI SANCTI OSWALDI GLOUCESTR'. *Inq. ad q. d.*
212. WALTERUS DE OSGODBY ET JOHANNA UXOR EJUS. *De communa pasturæ quam ipsi clamant ut jus suum.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Alicia de Gaunt filia Gilberti de Gaunt senioris per chartam suam feoffavit Robertum Lescope, antecessorem prædictæ Johannæ, et concessit communam pasturæ 'eidem Roberto et hæredibus suis et suis assignatis per chartam suam' ad omnimoda averia sua in quodam loco qui vocatur Lyttilmersk' in villa de Barton' super Humbr' in comitatu Lincoln'. Dicunt etiam quod dictus Robertus per chartam et concessionem prædictam fuit seisitus toto tempore suo et obiit inde seisitus; post cujus decessum Walterus filius et hæres prædicti Roberti prædictam communam pasturæ intravit et toto tempore suo seisinam suam continuavit, et inde obiit seisitus; post cujus decessum Jocus filius et hæres dicti Walteri prædictam communam pasturæ intravit et seisinam suam toto tempore suo continuavit, et inde obiit seisitus; post cujus decessum Robertus filius et hæres dicti Joci prædictam communam pasturæ intravit et seisinam suam per longum tempus continuavit, quousque domina Gonora de Gaunt, cui Gilbertus de Gaunt pater ejus dedit ei in liberum maritagium medietatem villæ de Barton', ipsa Gonora prædictum Robertum, patrem Joci Scrope qui nuper obiit sine hærede de se et patrem Johannæ uxoris Walteri de Osgotby qui nunc petit prædictam communam pasturæ in prædicto loco, disseisivit et prædictum Robertum et Joceum filium ejusdem extra seisinam semper tenuit; et dicta Gonora totam medietatem suam prædictæ villæ vendidit domino Gilberto de Gaunt qui nuper obiit, et ille dominus Gilbertus de Gaunt totam villam de Barton' dedit domino Regi, ejus Ballivi non permiserunt dictum Joceum prædicta communa pasturæ uti. Et dicunt quod dictus Jocus non fuit in custodia dicti Gilberti de Gaunt nec per ipsum Gilbertum fuit Robertus pater dicti Joci de prædicta communa pasturæ disseisitus, sed dictus Jocus fuit in custodia prædictæ Gonoræ per

decem et octo annos. Et dicta Gonora prædictum Robertum, patrem prædictorum Jocei et Johannæ uxoris dicti Walteri cujus hæres ipæa est, de prædicta communa pasturæ disseisivit in ultimis diebus ipsius Roberti et pasturam prædictam separalem tenuit et adhuc existit. Dicunt etiam quod decem anni sunt elapsi postquam dictus Gilbertus de Gaunt feoffavit dominum Regem de villa de Barton'. Dicunt etiam quod quadraginta anni sunt elapsi postquam prædicta communa pasturæ tenta fuit separalis. * * * Et juratores requisiti de qua ætate dictus Joceus fuit quando obiit dicunt quod de ætate quadraginta annorum. Lincoln'.

[Vide n° 47 hoc anno.]

213. WILLIELMUS DE MORTUO MARI ET HUGO DE BREWOSA — *pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE SANCTI ETHELBERTI HEREFORD'. *Inq. ad q. d.*
214. ROBERTUS DE TURNESTON' — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ WALINGFORD'. *Inq. ad q. d.*
215. THOMAS DE VEER *alias* WEER. *Inq. ad q. d.*
216. PRIOR ET FRATRES ORDINIS SANCTI AUGUSTINI DE GRIMESBY. *Inq. ad q. d.*
217. JOHANNES FILIUS JOHANNIS DE HODEBOVILL' ET HILLARIA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d. Agnes quæ fuit uxor Johannis de Hodebovill' dotata est.*
218. PRIOR ET CONVENTUS DE TYNEMOUTH'. *Inq. ad q. d. De feria.*
219. ABBAS DE SANCTO EBRULPHO PERSONA ECCLESIE DE MAGNA PETLYNG'. *Inq. ad q. d.*
220. WILLIELMUS DE WYKHAM, *capellanus* — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*
221. JOHANNES DE EBORACO. *Inq. ad q. d.*
222. ABBAS ET CONVENTUS DE BEGEHAM. *Inq. ad q. d.*
223. CUSTOS FRATRES ET SORORES GILDE BEATÆ MARIE LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*
224. WALTERUS SPAREWE ET ALII — *pro* ABBATE DE SANCTO EBRULPHO. *Inq. ad q. d.*
225. GILBERTUS AMORI *alias* AMMARY — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE KEYNESHAM. *Inq. ad q. d.*
226. ALANUS DE POLYNGFOLD' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE FISCAMPO. *Inq. ad q. d.*
227. WILLIELMUS DE LUDGARSHALE *alias* LOTEGARESHALE — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE HIDA JUXTA WINTON'. *Inq. ad q. d.*
228. THOMAS DE WODEHAM ET AGNES UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
229. WILLIELMUS DE SWYNEFELD', ET ALII — *pro* ABBATE ET CONVENTU SANCTÆ RADEGUNDIS DE DOVOR'. *Inq. ad q. d.*

230. HENRICUS GRUCOK'—*pro* GARDIANO ET FRATRIBUS MINORIBUS STAFFORD'.
Inq. ad q. d.
231. PETRUS FILIUS ROBERTI ET ROGERUS LE FORESTER — *pro* PRIORE ET
CONVENTU BATHON'. *Inq. ad q. d.*
232. JOHANNES PEYVRE ET BEATRIX UXOR EJUS, ET ALMARICUS FILIUS
EORUNDEM. *Inq. ad q. d.*
233. ADAM DURDENT PERSONA ECCLESIE BEATÆ MARIE DE MAYDEWELLE —
pro EADEM ECCLESIA. *Inq. ad q. d.*
234. ROBERTUS FILIUS WALTERI DE SAUTRE ET JOHANNES DE SUTTON'—*pro*
ABBATE ET CONVENTU DE RAMESEYE. *Inq. ad q. d.*
235. WILLIELMUS DE CARLETON' — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRESETE.
Inq. ad q. d.
236. GALFRIDUS PUNSARD—*pro* JOHANNE DE HERTRUGG'. *Inq. ad q. d.*
237. WILLIELMUS DE CALESHALE ET CECILIA UXOR EJUS—*pro* RADULPHO DE
GORGES ET ALIANORA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
238. ROGERUS DE SUTTON', clericus, MAGISTER HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS
DE NOTTINGHAM. *De bonis et catallis in dicto Hospitali exist-*
tentibus die obitus Thomæ de Kane' nuper Magistri ejusdem
Hospitalis.
239. PHILIPPUS DE SUMERVILL' — *pro* EDMUNDO DE SUMERVILL'. *Inq.*
ad q. d.
240. W. BATHON' ET WELLEN' EPISCOPUS, et GUNDREDA DE WESTON' ET
ROESIA DE WESTON' — *pro* PRIORE ET CONVENTU BATHON'. *Dux*
Inq. ad q. d.
241. ABBAS DE NUTTELE PERSONA ECCLESIE DE RISEBERGH'. *De decimis.*
242. THOMAS DE LUDA ET ALIANORA UXOR EJUS—*pro* ABBATE ET CONVENTU
DE ABBODESBURY. *Inq. ad q. d.*
243. JOHANNES DE HELLEBECK' ET AGNES UXOR EJUS—*pro* ABBATE ET CON-
VENTU BEATÆ MARIE EBOR'. *Inq. ad q. d.*
244. WILLIELMUS DE BALLECOTE (FRATER GALFRIDI DE BALLECOTE). *Inq.*
ad q. d.
245. JOHANNES DE THORNDON'. *De quodam reddito adquisito.*
246. GERVASIUS DE HOLEWEYE. *De custodia bosci Regis de Godesle et Acwel-*
lesyk', &c.
247. ABBAS ET CONVENTUS DE HOLMCOLTRAN. *De comuna pasturæ, &c.*
248. JOHANNES LUCAS—*pro* ADA SARE. *Inq. ad q. d.*
249. GALFRIDUS DE LISINIACO — *pro* RICARDO DE WALSINGHAM. *Inq.*
ad q. d.
250. ELIAS STARYE, JOHANNA QUÆ FUIT UXOR RICARDI LE GRAUNT, ET
MARGERIA QUÆ FUIT UXOR ROGERI BALNER—*pro* PRIORE SANCTI
DIONISII JUXTA SOUTHAMPTON'. *Inq. ad q. d.*
251. WILLIELMUS FILIUS JOHANNIS DE MASSEWORTH'. *Inq. ad q. d.*

252. JOHANNES FILIUS WALTERI DE UPTON' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE CYRENCESTR'. *Inq. ad q. d.*
253. ABBATISSA DE CADAMO. *Inq. ad q. d.*
254. ROBERTUS DE WYTHEME, *clericus* — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIE TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
255. ROBERTUS DE LA WYKE, ET ALII — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI THOMÆ MARTYRIS DE SUTHWERK'. *Inq. ad q. d.*
256. WILLIELMUS FILIUS JOHANNIS LE PARKER' — *pro* PRIORE ET CONVENTU LOCI DEI DE HENTON'. *Inq. ad q. d.*
257. ELIAS FILIUS MARTINI ATTE WELLE DE NAVENBY — *pro* PRIORE ET CONVENTU SANCTÆ KATHERINÆ EXTRA LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*
258. PETRUS DE BLOCKELEYE — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE COVENTR'. *Inq. ad q. d.*
259. PRIOR ET CONVENTUS DE SELEBURNE. *Inq. ad q. d.*
260. SIBILLA FLATHE — *pro* ECCLESIA DE MAGNA GERNEMUTA. *Inq. ad q. d.*
261. THOMAS PAIGNEL. *De terris quæ fuerunt ipsius Thomæ in Insula de Gereseye, jamque in manum Regis existunt tanquam eschaeta.*
262. AGNES QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE PERSHORE — *pro* ABBATISSA ET MONIALIBUS DE GODESTOWE. *Inq. ad q. d.*
263. MAGISTER RICARDUS DE MORPATH'. *Ducæ Inq. ad q. d.*

Non est ad damnum nec præjudicium domini Regis nec aliorum si dominus Rex concedat Magistro Ricardo de Morpath' quod ipse de centum acris vasti in Schaldefen in Morpath', quæ de domino Rege tenentur in capite, feoffare possit dominum Reginaldum de Morpath' capellanum; * et quod idem Reginaldus de prædictis centum acris vasti cum pertinentiis, habita inde plena et pacifica seisina, refeoffare possit præfatum Ricardum et Robertum filium Isabellæ, habendis et tenendis eisdem Ricardo et Roberto et hæredibus ipsius Roberti de corpore suo legitime procreatis; * et si idem Robertus obierit sine hærede de corpore suo legitime procreato, tunc prædictæ centum acræ vasti cum pertinentiis remaneant Mariotæ sorori prædicti Roberti: * et si eadem Mariota obierit sine hærede de corpore suo legitime procreato, tunc prædictæ centum acræ vasti cum pertinentiis remaneant Johanni fratri prædictæ Mariotæ: * et si idem Johannes obierit sine hærede de corpore suo legitime procreato, tunc prædictæ centum acræ vasti cum pertinentiis ad rectos hæredes præfati Ricardi revertantur, * eo quod Ricardus Colevyle, nepos prædicti Ricardi qui est propinquior hæres ipsius Ricardi, est plenæ ætatis. Northumbr'.

Non est ad damnum nec præjudicium domini Regis nec aliorum si dominus Rex concedat Magistro Ricardo de Morpath' quod ipse de uno messuagio et una carucata terræ cum pertinentiis in Belassise juxta Stanington', quæ de domino Rege tenentur in capite, feoffare possit dominum Reginaldum de Morpath' capellanum; * ita quod idem Reginaldus de messuagio illo et terra cum per-

tinentiis, habita inde plena et pacifica seisina, refeoffare possit præfatum Ricardum et Johannem filium Isabellæ, habendis et tenendis eisdem Ricardo et Johanni et hæredibus de corpore ipsius Johannis legitime procreatis; * et si idem Johannes obierit sine hærede de corpore suo legitime procreato, tunc messuagium illud et terra cum pertinentiis remaneant Roberto fratri prædicti Johannis; * et si idem Robertus obierit sine hærede de corpore suo legitime procreato, tunc messuagium illud et terra cum pertinentiis remaneant Agneti sorori prædicti Roberti; * et si idem Agnes obierit sine hærede de corpore suo legitime procreato, tunc messuagium illud et terra cum pertinentiis ad rectos hæredes præfati Ricardi revertantur, * eo quod Ricardus Colevyle, nepos prædicti Ricardi qui est propinquior hæres ipsius Ricardi, est plenæ ætatis.

Northumbr'.

264. RADULPHUS DE CAMEYS ET MARGARETA UXOR EJUS—*pro* MARIA QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI DE BREWOSA. *Inq. ad q. d.*

*265. MICHAEL DE MIGGEL. *De ipso Michaele capto et detento in Scotia per Willielmum Le Waleys.*

Inquisitio facta apud Perth' die Mercurii post festum Decollationis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis Edwardi tricesimo tertio coram Malisio Comite Stratherne locum Custodis ex parte Aquilonali maris Scotiæ tenente et Malcolmmo de Innerpefry milite, *et aliis*; * * qui dicunt per sacramentum suum, dicto Michaele præsentem, quod dudum captus fuerat per Willielmum Le Waleys vi et armis, ipso invito. Dicunt etiam in virtute dicti juramenti sui præstiti quod dictus Michael semel evasit a dicto Willielmo per spatium duarum leucarum, et tunc secuti fuerunt eum quidam armati et complices dicti Willielmi et ipsum ceperunt et reduxerunt ad eundem; unde propter fugam quam facit idem Willielmus fuit in firmo proposito ipsum Michaellem interficiendum. Item idem Michael evasit alia vice ab ipso Willielmo per spatium trium leucarum et amplius, et per complices dicti Willielmi qui ipsum sequebantur iterato captus fuit et ad dictum Willielmum vi et armis reductus, cum maxima violentia ipsum Michaellem male tractando, unde vix illa vice evasit quin fuisset interfectus per ipsum Willielmum, sed quidam complices dicti Willielmi pro ipso deprecabantur et sic cum maxima difficultate evasit illa vice, tali conditione quod si tertia vice esset deprehensus vitam amitteret; et sic patet quod non sponte sed per minas mortis et coactus cum dicto Willielmo Le Waleys traxit moram. Et in evidentiam hujus rei prædictus Comes de Stratherne et prædictus Malcolmus de Innerpefry sigilla sua præsentem inquisitioni apposuerunt una cum sigillis quorundam qui inquisitioni præsentem interfuerunt, qui sigilla habuerunt.

*266. JOHANNES FILIUS ET HÆRES ROBERTI DE STALLINGE *alias* STALLYNGG'. *Probatio ætatis capta die Lunæ in crastino Assumptionis Beate Mariæ.*

Willielmus Damysele ætatis quadraginta quinque annorum, juratus et diligenter examinatus super ætate prædicti Johannis, dicit quod idem Johannes est ætatis viginti unius annorum, et fuit die Sancti

Leonardi ultimo præterito, eo quod natus fuit die Sancti Leonardi anno regni Regis Edwardi nunc undecimo apud Stallyngg' in comitatu Gloucestr' et eodem die in ecclesia de Newent baptizatus. Et hoc scit quia eodem die nativitatis ipsius Johannis quidam Robertus de Ledene fecit convivium singulis vicinis suis, ubi interfuit ipse Willielmus; et ad prandium nunciatum fuit prudentibus quod Matilda uxor Roberti de Stallyngg' peperit prædictum Johannem, per quod recolit de lapsu temporis supradicti. * * * * Gloucestr'.

- *267. JOHANNA UXOR HUGONIS DE HEPHAM FILIA ET HÆRES JOHANNIS DE WAUTON'. [*Breve est de a° 33°.*] *Probatio ætatis capta 21° die Januarii a° 34°.*

Galfridus Le Lord de Pykenham Wade ætatis sexaginta annorum, juratus et diligenter examinatus de ætate Johannæ filiæ et hæredis Johannis de Wauton', dicit quod dicta Johanna filia et hæres prædicti Johannis de Wauton' nata apud Pykenham Wade et in ecclesia ejusdem villæ baptizata fuit in supervigilia Sancti Bartholomæi anno regni Regis Edwardi decimo octavo, et hoc scit et bene recolit iste juratus, ut dicit, eo quod ipse habuit quandam filiam, nomine Margeriam, natam in festo Omnium Sanctorum ante prædictam supervigiliam Sancti Bartholomæi quæ ad festum Omnium Sanctorum ultimo præteritum fuit ætatis sexdecim annorum. * * * *

Norfolc'.

- †268. WILLIELMUS DE PAGEHAM, *defunctus.* *De custodia manerii de Funtelye (quod tenuit die quo obiit) ratione minoris ætatis hæredis ipsius Willielmi.*
- †269. HUGO DE CHAUNCEUS *pro* HENRICO DE BRAY. *Inq. ad q. d.*
- †270. JOHANNES MARMYON — *pro* CAPELLA BEATI NICHOLAI DE WINTRINGHAM. *Inq. ad q. d.—pro anima ipsius Johannis et Isabelle uxoris ejus.—Terræ &c. tenentur de Maria Marmyon quæ fuit uxor Philippi Marmyon.*

34° Edw. I.

1. ROBERTUS FILIUS ROBERTI DE TATESHALE, *infra ætatem existens.*
Inq. p. m.

Thomas de Cayly unus hæredum dicti Roberti filii Roberti est de ætate viginti quatuor annorum, Johanna de Dryby alia hæredum est de ætate quadraginta annorum, et Isabella uxor Johannis de Orreby alia hæredum est de ætate triginta octo annorum, qui sunt consanguinei et hæredes dicti Roberti filii Roberti propinquiore. Leicestr'.

[*Vide etiam n° 57 hoc anno; et Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 12.*]

2. DIONISIA DE HELYNTON'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædictæ Dionisiæ propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis viginti et duorum annorum in festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis proximo præterito. [*Inquisitio capta 12° die Junii.*]

Wiltes'.

[*Vide a° 28 Edw. I. n° 21.*]

3. JOHANNES WALAYS *alias* LE WALEYS. *Inq. p. m.*

Willielmus de Sancto Georgio est consanguineus dicti Johannis Le Waleys et propinquior ejus hæres, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 2.*]

4. THOMAS DE CRUDEMOMORE *alias* CRODEMOR. *Inq. p. m.*

Thomas de Crodemor filius prædicti Thomæ defuncti est ejus hæres propinquior et de ætate quinque annorum. Southampton'.

5. ROBERTUS BAGERYGG' *alias* DE BAGGERIGGE. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod dictus Robertus obiit ad festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi tricesimo tertio finiente. Item dicunt quod Isabella Wither, Alicia de Baggerigge et Alicia de Bagerige sorores et filiæ prædicti Roberti, sunt ejusdem Roberti propinquiores hæredes. Et est dicta Isabella ætatis viginti octo annorum, et dicta Alicia ætatis viginti quinque annorum, et 'alia' Alicia ætatis viginti duorum annorum. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 6.*]

6. ROBERTUS DE MERK'. *Inq. p. m.*

Prædictus Robertus nullas terras vel tenementa tenuit de domino Rege in capite aut de aliis die quo obiit in prædicto comitatu solus; tenuit autem quoddam manerium in Dunmowe conjunctim feoffatus cum Jacomina uxore sua de domino Rege in capite. * Ingelramus filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus et ætatis quatuordecim annorum et dimidii. Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 6 Edw. II. m. 15.*]

7. EDWARDUS DE PENEBRUGG' *alias* PENNEBRUGG'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod idem Edwardus de Pennebrugg' 'die quo obiit' tenuit apud Meone, de dono et feoffamento Johannis de Pennebrugg' facto 'eidem Edwardo' et hæredibus 'suis' de corpore suo legitime procreatis, decem marcatas annui redditus de domino Rege in capite. * * Et dicunt quod idem Edwardus obiit sine hærede de corpore suo legitime procreato, per quod prædictus redditus ad 'dictum' Johannem de Pennebrugg' per formam donationis prædictæ debet reverti. Et dicunt similiter quod dictus Johannes de Pennebrugg' 'est' frater dicti Edwardi et antenatus 'et' est hæres ejus propinquior, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Gloucestr'.

8. JOHANNES DE CARLETON'. *Inq. p. m.*

Idem Johannes de Carleton' tenuit in capite de domino Rege ut de honore Albemariæ die quo obiit, scilicet, vicesimo tertio die Decembris anno regni Regis Edwardi tricesimo tertio, duas bovatas terræ, &c. * * Avicia filia Johannis filii prædicti Johannis de Carleton' defuncti, quæ est uxor Ricardi de Hothum, est propinquior hæres ejusdem Johannis et fuit ætatis viginti et quinque annorum circa festum Sancti Gregorii Papæ anno regni Regis Edwardi tricesimo quarto. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 11.*]

9. JACOBUS DE BOHUN. *Inq. p. m.*
 Et dicunt [juratores] quod de propinquiore hærede prædicti Jacobi ignorant pro eo quod nascitur et conversatur in Anglia. Hibern'.
10. ROGERUS DE CLAVERING'. *Inq. p. m.*
 Margeria filia ejusdem Rogeri est propinquior hæres ipsius Rogeri, et est ætatis quinque septimanarum ad hoc instans festum Assumptionis Beatæ Mariæ. Northumbr'.
 [Vide Rot. Fin., 1 Edw. II. m. 16 et m. 1.]
11. ROBERTUS DE SEPTEM VANNIS. *Inq. p. m.*
 Willielmus filius prædicti Roberti de Septem Vannis est proximus hæres ejusdem Roberti, et est de ætate viginti quinque annorum et amplius, et maritatus est viventis patris sui. Cant'.
 [Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 12.]
12. ROBERTUS DE PONTEFRACTO, qui tenuit de Nicholao de Stapelton', (consanguineo et altero hæredum Laderanæ quæ fuit uxor Johannis de Bella Aqua,) in custodia Regis existente. *Inq. p. m.*
 Thomas de Pontefracto est filius et propinquior hæres dicti Roberti, et est ætatis triginta annorum et amplius. [? Ebor'.]
 [Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 5.]
13. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR HUGONIS LE DESPENSER, quæ simul cum ipso Hugone tenuit quasdam terras in liberum maritagium. *Inq. p. m.*
 Isabella quæ fuit uxor Hugonis Le Despenser die quo obiit tenuit manerium de Ertlye tantum in liberum maritagium de dono et feoffamento Willielmi de Bello Campo Comite Warrewici; qui Comes prædictum manerium quondam tenuit de domino Rege in capite per serjantiam essendi Camerarius Scaccarii domini Regis.
 * * Matilda nunc uxor Henrici de Lancastr' est filia et hæres propinquior dictæ Isabellæ, et ætatis viginti quatuor annorum. Southampton'.
 Est etiam charta per quam Willielmus de Bello Campo Comes Warrewici dedit et concessit Patricio de Cadurcis, cum Isabella filia ejusdem Comitis in liberum maritagium, manerium suum de Herteleye.
14. JOHANNES PYCARD alias PICHARD. *Inq. p. m.*
 Rogerus filius Johannis Pichard est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quindecim annorum in festo Palmarum proximo præterito. [Inquisitio facta die Sabati post festum Ascensionis Domini.] Wallia.
 Item, inquisitio de manerio de Lugwardyn quod est in manu Regis ratione fatuitatis Roberti Walrond, filii Willielmi Walrond, et consanguinei et hæredis Roberti Walrond qui obiit sine hærede de se et Mutillidi uxore sua.—[Vide cº 2 Edw. I. nº 49; et Rot. Fin., 16 Edw. I. m. 4.]

15. AGATHA TAILLARD. *Inq. p. m.* [*Breve est de anno 31^o.*]

Inquisitio facta apud Dorcestr' coram Eschaetore domini Regis 23^o die Januarii anno regni Regis Edwardi 34^o de terris et tenementis quæ Agatha Taillard tenuit ad terminum vitæ suæ, de dono et concessione Alianoræ quondam Comitissæ Wynton' defunctæ, * et quis propinquior hæres ejusdem Alianoræ sit, et cujus ætatis. * * Item dicunt prædicti jurati quod Cecilia de Bello Campo et Johanna de Vivonia soror ejus neptes dictæ Alianoræ, Jacobus de Bohun et Johannes de Mohun nepotes ejusdem Alianoræ, et Agatha de Mortuo Mari soror dictæ Alianoræ, et Adomarus de Archiaco consanguineus ejusdem Alianoræ, sunt ejusdem Alianoræ propinquior hæres, et unusquisque eorum ætatis viginti unius annorum et amplius. Dorset'.

Item, alia inquisitio ad inquirendum si Sibilla uxor Guidonis de Rupe Cawardi sit neptis et una hæredum prædictæ Alianoræ.

Sibilla uxor prædicti Guidonis neptis prædictæ Alianoræ est cohæres prædictarum Johannæ, Cecilie, Johannis, Jacobi, Agathæ et Adomari, hæredum ejusdem Alianoræ, de terris et tenementis prædictis, et est superstes et ætatis triginta annorum et amplius. Somerset'.

16. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS CHAUNCEUS. *Inq. p. m.*

Egidius filius dictæ Johannæ est hæres ejus propinquior et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 10.*]

17. ALICIA GERBOT. *Inq. p. m.*

Willielmus filius ejusdem Aliciæ est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis quinquaginta annorum ad festum Natalis Domini ultimo præterito. [*Inquisitio facta die Dominica post festum Ascensionis Domini.*] Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 10.*]

18. ROGERUS DE LA LEE. *Inq. p. m.*

Johannes de La Lee frater ejusdem Rogeri est propinquior hæres ejusdem Rogeri, et fuit ætatis quinquaginta annorum in festo Sancti Thomæ Apostoli ultimo præterito. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum Sancti Valentini.*] Salop'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 10.*]

19. GALFRIDUS DE HAUVILLE. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Galfridi est hæres ejus propinquior et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Roteland'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 2.*]

20. ROGERUS FRELOND'. *Inq. p. m.*

Cecilia Frelond' ætatis quatuor annorum et Johanna Frelond' ætatis duorum annorum filie prædicti Rogeri sunt hæredes Rogeri propinquiores, *Albreda mater ipsius Rogeri dotata est.*

Cant'.

21. ROGERUS DE HUNEWORthe. *Inq. p. m.*
 Johannes filius prædicti Rogeri de Huneworthe propinquior hæres ipsius Rogeri est et ætatis triginta annorum et amplius. Norfolk'.
 [Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 10.]
22. JOHANNES FILIUS HUGONIS. *Inq. p. m.*
 Henricus filius Johannis filii Hugonis est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate trium annorum ad festum Sancti Edmundi Regis et Martyris proximo præterito. [Inquisitio facta die Mercurii post Epiphaniam Domini.] Ebor'.
 [Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 9.]
23. THOMAS DE LA DOUNE. *Inq. p. m.*
 Margareta filia prædicti Thomæ est hæres ejus propinquior et ætatis octo annorum. Essex'.
24. HENRICUS FERRAUNT *alias* FERRANT. *Inq. p. m.*
 Item, et quis est propinquior hæres, dicunt [juratores] quod Hugo Ferrant est filius Henrici Ferrant et propinquior hæres suus. Item, et cujus ætatis ille sit, dicunt quod fuit die Sancti Oswaldi Regis et Martyris anno regni Regis Edwardi tricesimo quarto de ætate triginta trium annorum. Ebor'.
25. WILLIELMUS BLEYHT *alias* BLEITH. *Inq. p. m.*
 Johannes filius Willielmi Bleith est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate sexdecim annorum ad festum Natalis Domini proximo præteritum. [Inquisitio capta 10^o die Octobris.] Gloucestr'.
26. REGINALDUS DE FERARIIS *alias* FERRARIIS. *Inq. p. m.*
 Willielmus de Ferariis filius prædicti Reginaldi est propinquior hæres ejusdem, et fuit ad Pascha proximo præteritum ætatis viginti quatuor annorum. [Inquisitio facta 23^o die Septembris.] Cornub'.
 [Vide n^o 152 hoc anno; et Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 2.]
27. JOHANNES DE ESTHOPE, *qui tenuit de hærede Ricardi filii Alani in custodia Regis existente.* *Inq. p. m.*
 Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Johannes de Esthope nullas terras seu tenementa tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit; sed tenuit de prædicto hærede Ricardi filii Alani manerium de Esthope ad terminum vitæ suæ tantum. * Et dicunt quod idem Johannes de Esthope habuit prædictum manerium ex concessione Rogeri de Esthope, per finem in curia domini Regis inter eos inde levatum, habendum et tenendum eidem Johanni de capitalibus dominis feodi illius per servitia quæ ad manerium illud pertinent tota vita ipsius Johannis, et post decessum ipsius Johannis prædictum manerium cum pertinentiis integre remanebit Johanni filio Thomæ de Esthope et Margarete filie Johannis de Wenlok' et hæredibus quos idem Johannes filius Thomæ de corpore ipsius Margarete procreaverit. Et si contingat quod prædictus Johannes filius Thomæ obierit sine hærede de corpore ipsius Margarete procreato, tunc post decessum ipsorum Johannis et Margarete

prædictum manerium cum pertinentiis integre remanebit rectis hæredibus ipsius Johannis filii Thomæ de Esthope, sicut finis prædictus plenius testatur. Et dicunt quod prædictus Johannes filius Thomæ de Esthope obiit ante obitum prædicti Johannis de Esthope sine hærede de corpore ipsius Margaretæ procreato, quia eandem Margaretam 'quæ adhuc superstes est' nunquam desponsavit. * * Item dicunt quod prædictus Johannes de Esthope nullum habuit hæredem, eo quod nulla tenementa tenuit nisi ad terminum vitæ suæ, sicut prædictum est; sed dicunt quod Thomas filius Thomæ de Esthope est frater et propinquior hæres ejusdem Johannis filii Thomæ de Esthope, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Nat' [Nativitatis vel Natalis] Beati Johannis Baptistæ ultimo præterito. [*Inquisitio facta die Cinerum.*] Salop'.

28. NICHOLAUS DE GRAHAM. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod dictus Nicholaus non tenuit aliquas terras neque tenementa de domino Rege in capite die quo obiit in prædicto comitatu 'in dominico suo' ut de feodo, sed tenuit de domino Rege in capite de hæreditate Mariæ de Graham uxoris ejus medietatem villæ de Belleford'. * * * Omnia prædicta tenementa tenuit prædictus Nicholaus per servitium unius feodi et dimidii militis ut pro 'medietate' baroniæ de Musco Campo de domino Rege in capite die quo obiit. Item dicunt per sacramentum suum quod Maria de Graham, quæ fuit uxor prædicti Nicholai defuncti, est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Northumbr'.

Item, secunda inquisitio de hærede prædicti Nicholai.

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod Nicholaus de Graham nullas terras neque tenementa tenuit in comitatu prædicto in dominico suo ut de feodo die quo obiit; sed tenuit quasdam terras et tenementa in comitatu prædicto, videlicet, medietatem baroniæ de Musco Campo, de hæreditate Mariæ quæ fuit uxor ejusdem. Dicunt etiam quod tota baronia prædicta quondam fuit cujusdam Roberti de Musco Campo qui illam tenuit de domino Rege in capite; post cujus mortem prædicta baronia descendebat Margeriæ et Isabellæ filiabus et uni hæredi prædicti Roberti: et de prædicta Margeria venit Maria quæ fuit 'uxor' prædicti Nicholai de Graham, quæ est filia et hæres prædictæ Margeriæ de medietate baroniæ prædictæ. Dicunt etiam quod prædictus Nicholaus de Graham et Maria quæ fuit uxor ejusdem nunquam fuerunt feoffati conjunctim de medietate baroniæ prædictæ, nec illam tenuerunt in maritagium; sed dicunt quod dictus Nicholaus de Graham die quo obiit nihil habuit in prædictis tenementis nisi ratione hæreditatis prædictæ Mariæ quondam uxoris suæ. * Et dicunt quod Johannes de Graham filius prædictorum Nicholai et Mariæ est propinquior hæres prædictæ Mariæ de terris et tenementis prædictis, et est ætatis viginti et octo annorum. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin., 20 Edw. I. m. 15.*]]

29. JOHANNES FILIUS JOHANNIS LE BRETUN, *alias* BRETOUN. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis Le Bretoun defuncti est hæres ejus propinquior et ætatis decem annorum. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin., 4 Edw. II. m. 2.*]

30. ADAM DE MONTE ALTO. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod prædictus Adam de Monte Alto die quo obiit tenuit manerium de Sulgrave conjunctim cum Margeria uxore sua de hærede Walteri de Gayton' per servitium dimidii feodi militis. Et dicunt quod Amicia quæ fuit uxor Walteri de Gayton', quæ adhuc superstes est, dotata fuit per prædictos Adam et Margeriam de tertia parte omnium terrarum et tenementorum prædicti manerii; et Elena quæ fuit uxor Johannis de Monte Alto dotata fuit de prædictis Ada et Margeria de tertia parte duarum partium dicti manerii, et illa mortua est. * * Et dicunt quod Margeria quæ fuit uxor prædicti Adæ de Monte Alto propter conjuncturam intravit in tertia parte duarum partium statim post mortem Elenæ quæ fuit uxor prædicti Johannis de Monte Alto. Et dicunt quod Elizabeth filia prædicti Adæ de Monte Alto est hæres ejus propinquior et ætatis duorum annorum et amplius. Northampton'.

31. SIMON ROGES *alias* ROKES DE PORLOK'. *Inq. p. m.*

Johanna filia prædicti Simonis est ejus propinquior hæres et ætatis trium annorum. Devon'.

Dicunt [jurati] quod idem Simon et Isabella uxor ejus conjunctim tenuerunt, die quo idem Simon obiit, medietatem hameletti de Travescoyt cum pertinentiis de domino Rege in capite per servitium dimidii feodi militis, ut de comitatu Cornubiæ qui ad manus domini Regis devenit per mortem Edmundi quondam Comitis Cornubiæ. Et dicunt quod prædicti Simon et Isabella conjunctim feoffati erant de medietate hameletti prædicti sibi et hæredibus suis de corporibus eorum legitime procreatis per Johannem de Tracy fratrem prædictæ Isabellæ: ita quod si contingeret prædictum Simonem sine hærede inter se et dictam Isabellam legitime procreato obiret, extunc medietas hameletti prædicti cum pertinentiis prædictæ Isabellæ et hæredibus suis integre remaneret imperpetuum. * * Item dicunt prædicti jurati quod Johanna filia prædictorum Simonis et Isabellæ est eorum hæres propinquior, et fuit ætatis trium annorum ad Pascha proximo præterito. [*Inquisitio facta 26^o die Septembris.*] Cornub'.

Item, inquisitio ad inquirendum si medietas manerii de Meushagh', alias Meuschave, quæ fuit prædicti Simonis, teneatur in socagium vel per servitium militare, quam quidem medietatem Isabella quæ fuit uxor ipsius Simonis petit a Rege sibi tanquam propinquiori hæredis prædicti Simonis liberari.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod dicta medietas tenetur in socagium de Baldewino Le Flemynge'; et dicunt quod Archibaldus

Le Flenyng' dedit dictam medietatem Rogoni filio Simonis cum Rosea filia sua in liberum maritagium, sibi et hæredibus suis de corporibus eorundem procreatis. Devon.

32. WALTERUS DE BILLINGEYE *alias* BILINGEYE. *Inq. p. m.*

Johannes de Bilingeye est filius prædicti Walteri et ejus hæres propinquior, et est ætatis quatuor annorum. Lincoln'.

Est etiam inquisitio de custodia terrarum et maritagio prædicti hæredis.

Dicunt etiam prædicti jurati super sacramentum suum quod Johannes filius prædicti Walteri propinquior hæres ejus est, et est ætatis quatuor annorum et amplius. Et prædicti jurati requisiti si dominus Rex custodiam 'tenementorum prædictorum' et maritagium dicti hæredis dare possit cuicumque placuerit sine injuria facienda alicui, dicunt quod sic. Norfolk'.

33. ROBERTUS DE STUTEVILL' *alias* STOTEVYLL' *alias* DESTOTEVILL'. *Inq. p. m.*

Robertus de Stotevyll' die quo obiit nihil tenuit in dominico suo ut de feodo in comitatu Northumbr'; sed tenuit quasdam terras et tenementa in eodem comitatu, videlicet, castrum de Mitford' et quinquaginta acras terræ arabilis in campo ejusdem et duas partes forestæ de Felton', ratione Alianoræ de Genovere quæ fuit uxor ejusdem; quæ quidem dicta Alianora dictum castrum cum terra et foresta prædictis habet de dono dominæ Alianoræ quondam Reginæ Angliæ, matris Regis Angliæ qui nunc est, tenendum sibi et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis. * * Johannes de Stotevyll', filius prædictorum Roberti et Alianoræ, est propinquior hæres prædictæ Alianoræ de terris et tenementis prædictis, et est ætatis viginti quatuor annorum. Northumbr'.

Prædictus Robertus Destotevill' et Alianora de Genovere uxor ejus, conjunctim feoffati sibi et hæredibus prædictorum Roberti et Alianoræ per chartam domini Regis, die quo prædictus Robertus obiit tenuerunt manerium de Dyham de domino Rege in capite. * Johannes Destotevill' filius prædictorum Roberti et Alianoræ est eorum hæres propinquior et ætatis de viginti quinque annis. Essex'.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Robertus de Stutevile die quo obiit nihil tenuit de domino Rege in capite in comitatu prædicto, sed dicunt quod tenuit 'in dominico suo ut de feodo die quo obiit' quædam tenementa in Gresham de hærede Johannis de Warenna nuper comitis Surr' tunc infra ætatem et in custodia Regis existente. * * * Dicunt etiam prædicti juratores per sacramentum suum quod Robertus filius Roberti de Stutevill' propinquior hæres ejus est; de ætate ejus ignorant eo quod extitit oriundus in partibus remotis, sed dicunt quod est infra ætatem, ut credunt. Norfolk'.

[*Vide Rot. Fin., 4 Edw. II. m. 3.*]

34. AMICIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS RANDOLF' *alias* RANDULF'. *Inq. p. m.*

Prædicta Amicia fuit seisita in dominico suo ut de feodo die quo obiit de uno messuagio et dimidia virgata terræ et decem et octo

denaratis redditus in Skeptyngton'. * * Quidam Willielmus de Marnham de Skeptyngton' est filius et hæres propinquior prædictæ Amiciæ, et est ætatis quinquaginta quinque annorum et amplius. Leicestr'.

Item, inquisitio de prædictis tenementis in Skeptyngton' ad prosecutionem Thomæ Randolf, filii prædictorum Johannis et Amiciæ, asserentis tenementa prædicta data fuisse præfatis Johanni et Amiciæ et hæredibus ipsius Johannis per Sarram filiam Roberti David de Skeptyngton' matrem ipsius Amiciæ, ipsumque Thomam esse propinquiorem hæredem præfati Johannis.

Jurati dicunt per sacramentum suum quod prædicta Sarra per chartam suam spontanea voluntate sua dedit prædicta tenementa prædictis Johanni et Amiciæ, habendum et tenendum prædicto Johanni et hæredibus suis et Amiciæ uxori suæ vel eorum assignatis, sicut charta feoffamenti prædictæ Sarre testatur. Dicunt etiam quod prædicta Sarra ratione donationis prædictæ liberavit seisinam de prædictis tenementis præfatis Johanni et Amiciæ, secundum formam chartæ prædictæ, in propria persona sua, videlicet, anno regni Regis nunc tertio. Dicunt etiam quod prædictus Thomas est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis triginta annorum. * Dicunt etiam quod prædicta Sarra, die quo prædictus Johannes prædictam Amiciam desponsavit, tenens prædicta tenementa, dedit ea dictis Johanni et Amiciæ post solemnitatem matrimonii celebratam, 'ut prædictum est,' propter quod eadem Amicia non successit præfate Sarre in eisdem tenementis ut filia et hæres. [*Inquisitio capta 30° die Martii a° 35°.* Leicestr'.

[*Vide Rot Fin., 34 Edw. I. m. 15 et m. 14; et 1 Edw. II. m. 2.*]

35. GALFRIDUS DE BROKEDISH'. *Inq. p. m.*

Nigellus nepos prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti octo annorum et amplius. Norfolk'.

[*Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 3.*]

36. JACOBUS DE LA PLAUNCHE *alias* PLANCHE. *Inq. p. m.*

Jacobus de La Plaunche nullas terras nec tenementa tenuit de domino Rege 'in capite' in comitatu Wiltes' die quo obiit, tamen tenuit manerium de Compton' quod est de hæreditate Matildæ de La Plaunche uxoris ejusdem Jacobi quæ superstes est. * * Prædicta Matilda est ætatis viginti et unius annorum et amplius. * Johannes filius prædicti Jacobi est ejus hæres propinquior et ætatis quinque annorum. Wiltes'.

Johannes filius prædictorum Jacobi et Matildæ est propinquior hæres ejusdem Jacobi et est ætatis quinque annorum. Oxon'.

[*Vide a° 17 Edw. I. n° 89.*]

37. BERTRANDUS *alias* BERTRAMUS DE CRIEL. *Inq. p. m.*

Johanna uxor domini Ricardi de Rokesle militis est soror prædicti Bertrami, et est hæres ejus propinquior, et est de ætate viginti octo annorum. *Tenuit quasdam terras apud Pottebury in Gavêlkinde.* Cant'.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Bertrandus, die quo obiit, et Petronilla uxor sua tenuerunt conjunctim medietatem manerii de Niewenton' juxta Hethe de domino Johanne atte Belhous', * et quod dictum tenementum conjunctim adquisiverunt de Alianora de Criel ut patet per quandam chartam cyrographatam inter prædictos inde confectam. * Ita quod iidem Bertrandus et Petronilla prædictum tenementum habeant et possideant eisdem et hæredibus prædicti Bertrandi. Et si contingat quod prædicti Bertrandus et Petronilla obierint sine hærede de corporibus suis procreato, tunc prædictum tenementum cum omnibus pertinentiis suis ad prædictam Alianoram vel hæredes suos integre revertetur. * Item dicunt quod prædicti Bertrandus et Petronilla uxor sua conjunctim a tempore feoffamenti usque ad diem obitus prædicti Bertrandi seisinam in dicto tenemento pacifice habuerunt. * Item dicunt quod Johanna uxor Ricardi de Rokesle militis est soror prædicti Bertrandi, et est hæres ejus propinquior, et est de ætate viginti octo annorum. Cant'.

[Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 3.]

38. AGATHA DE MORTUO MARI. *Inq. p. m.*

Henricus de Mortuo Mari est filius ejusdem Agathæ et propinquior hæres ejus et ætatis quadraginta annorum. Bedford'.

Henricus de Mortuo Mari est filius et propinquior hæres ejusdem Agathæ, et est de ætate triginta annorum et amplius. Hibern'.

[Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 1.]

39. THOMAS PEVEREL. *Inq. p. m.*

Andreas Peverel est filius et hæres propinquior dicti Thomæ defuncti, et fuit in festo Sancti Edwardi Regis anno regni Regis prædicto [34^o] de ætate triginta quatuor annorum. Southampton'.

[Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 12.]

40. JOHANNES DE CRAYSTOK', FILIUS WILLIELMI DE CRAYSTOK', *defunctus.*

Inquisitiones de diversis maneriis, terris, &c., quæ prædictus Johannes dedit Radulpho filio Willielmi, habenda et tenenda, ipso Johanne defuncto, eidem Radulpho et hæredibus suis.

28. WILLIELMUS LE FLEMENG' *alias* FLEMING'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Reynerus Le Flemyng' est filius et propinquior hæres ejusdem Willielmi, et fuit de ætate triginta trium annorum ad Natale Domini anno prædicto [35^{to}]. Item dicunt quod idem Willielmus obiit die Sabbati proxima post festum Inventionis Sanctæ Crucis anno prædicto. Ebor'.

Dictus dominus Willielmus Le Flemyng' diem clausit extremum die Sabbati proxima ante Pentecosten anno ultimo supradicto [35^{to}].

* * Reginaldus filius Willielmi Le Fleming' prædicti est verus hæres et propinquior hæres dicti domini Willielmi Le Fleming' nuper defuncti, et est ætatis quadraginta annorum et plus. Ebor'.

29. ROBERTUS DE BARKEWORTHE. *Inq. p. m.*

Radulphus de Barkeworthe est filius prædicti Roberti et ejus hæres propinquior, et est ætatis decem annorum et amplius. Lincoln'.

30. PETRUS DE LA HUSE *alias* HOESE. *Inq. p. m.*

Idem Petrus tenuit de hæreditate Agathæ quondam uxoris suæ quædam tenementa in Finchamstede. * * Petrus de La Hoese, filius et hæres prædictorum Petri de La Hoese et Agathæ, uxoris suæ, est propinquior hæres prædictorum Petri et Agathæ, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Berk'.

Petrus de La Huse filius prædicti Petri de La Huse est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti unius annorum et amplius.

Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 9.*]

31. MARGARETA DE ROS *alias* ROSSE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod dicta Margareta aliquo tempore tenuit medietatem baroniæ de Kendal', excepta valle de Kentmer, de domino Rege in capite. * Item dicta Margareta feoffavit Willielmum de Ros filium suum de castro de Kirkeby in Kendale cum quarta parte villæ de Kyrkeby, &c., * tenendis dicto Willielmo et hæredibus suis de corpore suo procreatis; et si sine hærede de corpore suo obierit omnes prædictæ terræ et tenementa cum pertinentiis Marmaduco de Thwenge et ejus hæredibus remanebunt. * * Et dicunt quod Margareta et Isabella filię Roberti de Ros de Werk' sunt propinquiores hæredes ipsius Margaretæ de Ros sanguine. Dicunt etiam quod prædicta Margareta filia Roberti de Ros de Werk' est ætatis quindecim annorum, et Isabella soror prædictæ Margaretæ est ætatis duodecim annorum. Westmerland'.

32. GUIDO DE BRIANE. *Inq. p. m.*

Guido filius ipsius Guidonis est propinquior hæres ejus et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Devon'.

Prædictus Guido et Sibilla uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt die quo præfatus Guido obiit redditus et servitia quorundam liberorum tenentium in locis infrascriptis, ex feoffamento Walteri de Sully unius hæredum baroniæ de Toriton' facto eisdem Guidoni et Sibillæ in liberum maritagium, habendum et tenendum eisdem Guidoni et Sibillæ et hæredibus de dicta Sibilla legitime procreatis de dicto Waltero per servitium unius rosæ per annum solvendæ ad festum Sancti Johannis Baptistæ. * * Guido filius et hæres dicti Guidonis est de corpore dictæ Sibillæ legitime procreatus et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. * Præfata Sibilla similiter mortua est. Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 1 Edw. II. m. 16.*]

33. JOHANNES MARTEL. *Inq. p. m.*

Item prædicti jurati dicunt quod Johannes Martel et Alicia uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt die quo idem Johannes obiit de Willielmo de Carleton' in Falkeburn' quadraginta unam acras terræ, &c. * * Willielmus filius prædicti Johannis Martel est hæres ejus propinquior, et est ætatis sexdecim annorum et amplius.

Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 4 Edw. I. m. 21.*]

34. JOHANNES DE BURESYERD' *alias* BURSUYERD'. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Bursyerd' defuncti est ejus propinquior hæres et ætatis triginta annorum.

Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 3.*]

35. ROBERTUS DE MERSTON', *qui tenuit de hærede Radulphi de Gouste infra ætatem existente.* *Inq. p. m.*

Johannes de Merston' est filius prædicti Roberti et ejus hæres propinquior, et est ætatis unius anni et dimidii.

Lincoln'.

36. JOHANNA DE SORMAVILE. *Inq. p. m.*

Willielmus de Cruket filius prædictæ Johannæ de Sormavile est hæres ejusdem Johannæ propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius.

Somerset'.

[*Vide Rot. Fin., 1 Edw. II. m. 13.*]

37. PHILIPPUS DE CHAUNCY. *Inq. p. m.*

Willielmus de Chauncy est filius prædicti Philippi et ejus hæres propinquior, et est ætatis septendecim annorum.

Lincoln'.

38. *De anno 34^o Edw. I. n^o 246.*

39. WILLIELMUS DE BRAITTOFT, *defunctus. De terris dicti Willielmi in manu Regis existentibus quas Willielmus filius prædicti Willielmi tanquam heres propinquior ipsius et plenæ ætatis nunc petit.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Willielmus de Braitoft die quo obiit tenuit in dominico suo ut de feodo viginti acras terræ, &c., in Braitoft et Gunneby de Edmundo Deyncurt, * et non de Gilberto de Gaunt. Et dicunt quod idem Edmundus post mortem prædicti Willielmi terras et tenementa prædicta, nomine

custodiæ, ratione minoris ætatis Willielmi filii et hæredis ipsius Willielmi ingressus fuit, et ea sic tenuit quousque prædictus Gilbertus de Gaunt clamans custodiam illam ad se pertinere ipsum Edmundum inde eiecit. Et dicunt quod idem Gilbertus terras et tenementa illa sic nomine custodiæ tenuit die quo obiit et non alia ratione; post cujus mortem Thomas de Weston', cui Rex commisit custodiam terrarum et tenementorum cum pertinentiis de quibus idem Gilbertus ipsum dominum Regem feoffaverat, terras et tenementa prædicta in Braitoft et Gunneby, inter alias terras et tenementa quæ idem Gilbertus tenuit die quo obiit, cepit in manum domini Regis, et ea sic tenuit toto tempore quo custodiam habuit supradictam. Et post ipsum Willielmus de Welleby, cui Rex commisit custodiam illam per aliquod tempus, ac Walterus de Gloucestr' Eschaetor domini Regis jam per quatuor annos terras et tenementa illa in Braitoft et Gunneby, sic nomine custodiæ ratione minoris ætatis hæredis prædicti, tenuerunt. * Dicunt etiam quod prædictus Willielmus filius prædicti Willielmi de Braitoft propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis viginti unius annorum ad festum Pentecostes anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Lincoln'.

40. THOMAS DE LEVERESDALE *alias* LUVERESDALE ET WILLIELMUS DE WARTHYHOLE *alias* WARTHOLE *defuncti. De ætate filiorum et hæredum ipsorum Thomæ et Willielmi, et de valore custodiæ et maritagii eorundem hæredum. Rogerus de Wilton', de Bogheneys, petit custodiam et maritagium unius ipsorum hæredum pro servitio quod ipse una cum Duncano Macduel Regi fecit in partibus Scotiæ, capiendo Scotos inimicos et rebelles Regis.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod dictus Thomas de Leveresdale tenuit quasdam terras et quædam tenementa cum pertinentiis in Camboc de Thoma de Multon' de Gillesland', ut de baronia de Gillesland' per homagium wardum et relevium. Et dicunt quod dum prædictus Thomas de Multon' infra ætatem fuit et in custodia domini Regis, prædictus Thomas de Leveresdale obiit, propter quod subeschaetor Cumbr' terras et tenementa quæ fuerunt prædicti Thomæ de Leveresdale seisivit in manu domini Regis, tanquam custodia de custodia et per minorem ætatem hæredis prædicti Thomæ de Leveresdale. * Et dicunt quod Thomas filius prædicti Thomæ de Leveresdale est ætatis octodecim annorum et amplius. Et dicunt quod maritagium ipsius Thomæ si ponatur ad venditionem vix potest vendi pro una marca argenti. Et dicunt quod Willielmus de Wartholl' tenuit quasdem terras et quædam tenementa cum pertinentiis in Wartholl' de Huberto de Multon' ut de manerio de Ishale, quod quidem manerium captum fuit in manum domini Regis per mortem prædicti Huberti eo quod prædictus Hubertus tenuit prædictum manerium de dicto Thoma de Multon' de Gillesland' ratione ut supradictum est. * Et dicunt quod Johannes filius et hæres prædicti Willielmi de Wartholl' est ætatis sexdecim annorum et amplius. Et dicunt quod maritagium prædicti Johannis filii et hæredis prædicti Willielmi si ponatur ad venditionem vix valet unam marcam argenti. Cumbr'.

[Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 8.]

41. WALTERUS DE CASTORP'. *Inq. p. m.*

Et dicunt [juratores] quod Gilbertus filius Beatricæ de
 hæres ejus pro
 triginta annorum et amplius. Lincoln'.

42. BOGO DE KNOVILL' *alias* CNOVYLE. *Inq. p. m.*

Bogo de Cnovyle tenuit die quo obiit manerium de Dicherygge de
 'domino Rege ratione terrarum quæ fuerunt Rogeri Le Bigod
 quondam Marescalli Angliæ in manu Regis existentium;' * et
 est de hæreditate Johannæ quæ fuit uxor Bogonis de Cnovyle
 'defunctæ.' * * Bogo filius Bogonis de Cnovyle est propinquior
 hæres dicti Bogonis, et est ætate triginta annorum. Wiltes'.

Bogo filius dicti Bogonis defuncti est propinquior hæres ejusdem, et
 est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. [*Inquisitio facta*
ultimo die Julii A.D. 1307—1 Edw. II.] Marchia Wall'.

[*Vide Rot. Fin., 1 Edw. II. m. 16.*]

43. JOHANNES BYSET *alias* BISET. *Inq. p. m.*

Johannes Byset filius prædicti Johannis est propinquior hæres ejus, et
 fuit ætatis quinque annorum 26^o die Martii anno regni Regis Edwardi
 supradicto [35^o]. Wigorn'.

44. MAGISTER THOMAS DE ABBRESBURY *alias* EDBBURBURY *alias* APPERBURY.
Inq. p. m.

Walterus de Edbburbury, frater prædicti Magistri Thomæ de Edbbur-
 bury, est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum
 et amplius. [? Oxon'.]

Walterus de Abbresbury, frater prædicti Magistri Thomæ de Abbres-
 bury, est propinquior hæres ejus et est ætatis triginta annorum et
 amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 2.*]

45. ROBERTUS DE LA WARDE. *Inq. p. m.*

Requisiti [juratores] quis sit propinquior hæres prædicti Roberti et
 cujus ætatis, dicunt quod ignorant, quia dicunt quod Idonia quæ
 fuit uxor ipsius Roberti, quæ de ipso Roberto gravida est, nondum
 peperit; et de partu ipsius ignorant. [*Inquisitio facta 17^o die*
Februarii.] Middlesex'.

Et dicunt [juratores] quod Johanna filia prædicti Roberti et uxor
 Hugonis de Meynil est propinquior hæres prædicti Roberti modo
 apparens, et est ætatis triginta duorum annorum: sed dicunt quod
 Ida quæ fuit uxor prædicti Roberti est grossa prægnans de infante
 qui adhuc est in utero matris suæ, cujus sexum vel ætatem
 discernere non possunt priusquam nascatur. [*Inquisitio capta 4^{to}*
die Martii.] Leicestr'.

Dicunt etiam [jurati] quod quædam Johanna filia prædicti Roberti
 de prima uxore, quam Hugo de Meynyl duxit in uxorem, quæ est
 ætatis triginta duorum annorum, et Margareta filia prædicti
 Roberti de secunda uxore, quæ est ætatis novem dierum, sunt

propinquiores hæredes ejusdem Roberti, et participes terrarum et tenementorum ejusdem. [*Inquisitio capta 29^o die Martii.*] *Derb'.*
Est etiam assignatio dotis præfatæ Idæ quæ fuit uxor Roberti de La
Wurde.

[*Vide Rot. Fin., 35 Edw. I. m. 6.*]

46. ROGERUS LE BYGOD COMES NORFOLC' ET MARESCALLUS ANGLIÆ.
Inq. p. m.—Breve de Diem clausit extremum datum est apud
Lanrecoast sexto die Decembris a^o 35^o.

Inquisitio capta apud Cath' die Sabbati proxima post Clausum Paschæ
anno regni Regis Edwardi tricesimo quinto coram Waltero de Haye
Eschaetore Hiberniæ de terris et tenementis quæ fuerunt Rogeri Le
Bygod Comitis Norfolc' et Marescalli Angliæ in Hibernia, qui obiit
undecimo die Decembris anno supradicto [35^o]. *Hibern'.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Rogerus
 Le Bygod tenuit die quo obiit, 'per feodum talliatum sibi et
 hæredibus de corpore suo legitime procreatis ex dono et concessione
 domini Regis nunc,' manerium de Magna Chestreford' de domino
 Rege in capite. * * * Et dicunt quod Johannes Le Bigod,
 frater prædicti Rogeri, est hæres ejus propinquior et ætatis qua-
 draginta annorum; sed dicunt quod manerium prædictum remanere
 debet domino Regi nunc et hæredibus suis secundum formam
 donationis et concessionis prædictarum pro eo quod idem Rogerus
 nullum exitum de se habuit procreatum. *Essex'.*

Dicunt [juratores] quod Rogerus Le Bigod tenuit manerium de Westone
 cum pertinentiis, ex dono domini Regis nunc eidem Rogero facto
 antequam idem Rogerus desponsavit Aliciam Henaud uxorem suam,
 tenendum sibi et hæredibus 'de corpore' ipsius Rogeri 'legitime
 procreatis' per servitium quod pertinet ad tantum tenementum pro
 marscalcia Angliæ. *Hertford'.*

Prædicti Rogerus et Alicia uxor ejus quædam tenementa conjunctim
tenuerunt die quo idem Rogerus obiit.

[*Vide Rot. Claus., 18 Edw. I. m. 10 d.—Aelidis uxor prædicti*
Rogeri, filia Johannis de Avesne Comitis Baionia.]

47. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR GILBERTI DE CLARE QUONDAM COMITIS
 GLOUCESTR' ET HERTFORD' defuncti. *Inq. p. m.*

Diversæ inquisitiones et extentæ de omnibus terris et tenementis quæ
fuerunt prædicti Gilberti et prædictæ Johanna quæ fuit uxor ejus
nuper defunctæ, die quo idem Gilbertus obiit (a^o 24 Edw. I.), ac etiam
de omnibus terris &c. quæ hæredi ipsius Comitis jure hæreditario
descenderunt, seu per eschaetum vel alio modo acciderunt.

Gilbertus filius prædicti Gilberti Comitis est hæres ejus propinquior et
 ætatis septendecim annorum undecimo die Maii proximo præterito.
 [*Inquisitio facta 27^o die Maii.*] *Cant'.*

Gilbertus de Clare est hæres propinquior dicti Comitis, et fuit de ætate
 octodecim annorum in festo Inventionis Sanctæ Crucis anno regni
 Regis Edwardi tricesimo quinto. [*Inquisitio capta 20^o die Maii.*]
Southampton.

Gilbertus de Clare est filius et hæres Gilberti de Clare quondam Comitis Gloucestr' et Hertford' propinquior, et fuit de ætate sexdecim annorum undecimo die Maii anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici tricesimo quinto. [*Inquisitio facta 2º die Junii.*] Wigorn'.

Gilbertus filius prædicti Gilberti de Clare Comitis Gloucestr' et Hertford' est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis sexdecim annorum primo die Veneris mensis Maii. [*Inquisitio facta 19º die Junii.*]

Glamorgan'.

Item, Extenta terrarum et tenementorum quæ fuerunt David filii Milonis apud Hillyd, et quæ ad manum Johannæ Comitissæ Gloucestr' et Hertford' devenerunt tanquam eschaeta ipsius Comitissæ pro eo quod idem David bastardus fuit et obiit sine hærede de se. Hibern'.

48. ROGERUS LE PRIOUR, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
49. ORANGIA DE CHERCHEYERD, *suspensa. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
50. *Deest.* [BALDEWINUS LE VEGH *felo.*]
51. HENRICUS LE MORWARD, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
52. *De valore herbagii in parco Regis de Tynlule.*
53. ABBAS ET CONVENTUS DE PERSHORE. *Inq. ad q. d.*
54. JOHANNES LE BALUN, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
55. PRIOR ET CONVENTUS SANCTÆ KATHERINÆ EXTRA LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*
56. WILLIELMUS DE BOYVILL', *defunctus. De forestariâ in foresta de Ingelwode.*
57. JOHANNES FILIUS STEPHANI CATELYN, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
58. ROGERUS LE BYGOD COMES NORFOLC', *defunctus. De valore messuagii.*
59. JOHANNES DE MALDON', *suspensus. [Breve datum est anno 30º.] De anno et die qui ad Regem pertinent.*
60. DOMINUS REX. *De custodia parcorum concedenda.*
61. SIMON LE STEDMAN. *Inq. ad q. d.*
62. THOMAS DE FURNIVALL'. *Inq. ad q. d.*
63. WILLIELMUS DE CARLETON'—*pro* ROBERTO DE CLIFFORD'. *Inq. ad q. d.*
64. DOMINUS REX. *De balliva warennæ de Ravenser'.*
65. LAURENTIUS DE BUKWELL'—*pro* PERSONA ECCLESIE DE STUREYE. *Inq. ad q. d.*
66. RICARDUS DE HORSELEYE. *Inq. ad q. d.*
67. WILLIELMUS LYDE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

68. ROGERUS DE SANCTO ANDREA—*pro* RICARDO DE SANCTO ANDREA FILIO SUO. *Inq. ad q. d.*

Non est ad damnum nec præjudicium domini Regis seu aliorum, si dominus Rex concedat Rogero de Sancto Andrea quod ipse de supradictis tenementis feoffare possit dictum Ricardum de Sancto Andrea filium suum, eo quod dictus Ricardus filius et hæres dicti Rogeri est plenæ ætatis et maritatus. Cantebr'.

69. PRIOR ET CONVENTUS DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*

70. PRIOR ET CONVENTUS BEATÆ Mariæ WIGORN'. *Inq. ad q. d.*

71. ABBAS DE CIBENCESTR'. *Inq. ad q. d.*

72. EMELINA LUNGESPEYE—*pro* JOHANNE WOGAN. *Inq. ad q. d.*

73. THOMAS DE STANLEYE ET MARGERIA *alias* MARGARETA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod quædam Agnes de Domdraw habuit et tenuit duas partes manerii prædicti [de Thakethwait] cum pertinentiis de Alicia de Lucy aliquo tempore per homagium wardum et relevium; quæ quidem Agnes feoffavit quendam Thomam de Lucy de duabus partibus prædictis manerii prædicti tenendis de prædicta Alicia et hæredibus suis prædicto Thomæ et hæredibus suis. * Et dicunt quod dictus Thomas de Lucy feoffavit dictam Margaretam sororem suam de dictis duabus partibus manerii prædicti cum suis pertinentiis tenendam sibi et hæredibus suis legitime procreatis de prædicto Thoma et hæredibus suis per servitia inde debita et consueta: ita tamen quod si prædicta Margareta sine hærede de corpore suo legitime procreato obierit, tunc prædictæ duæ partes manerii prædicti cum suis pertinentiis ad prædictum Thomam et hæredes suos per formam donationis integre reveterentur. Et dicunt quod quidam Stephanus de Crofton' et Ada uxor ejus tenuerunt aliquo tempore tertiam partem manerii prædicti de Alicia de Luci et hæredibus suis; qui quidem Stephanus et Ada uxor ejus feoffaverunt prædictam Margaretam de tertia parte manerii prædicti cum suis pertinentiis, tenenda sibi et hæredibus suis de prædicta Alicia et hæredibus suis simpliciter. * * Et dicunt quod quidam Thomas de Staneley duxit prædictam Margaretam in uxorem, et tenent modo prædictum manerium et non habent exitum nec possunt habere propter magnam ætatem, unde reversio est post decessum eorum de duabus partibus prædictis ad Thomam de Lucy hæredem prædictæ Aliciæ. Et tertia pars prædicta descendere debet ad hæredem prædictæ Margaretæ vel cuicumque assignare voluerit. Cumb'.

- 74 (a). JOHANNES DE BALLIOLO, *rebellis*. *De molendino aquatico juxta Castrum de Castro Bernardi.*

- 74 (b). JOHANNES DE LANGELEYE. *Inq. ad q. d.*

75. AGNES QUÆ FUIT UXOR ROGERI DE SOMERY ET ROGERUS FILIUS EJUS. *Inq. ad q. d.*

76. PETRUS PYCOT. *Inq. ad q. d.*

77. ADAM DE ROSTON'—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*
78. RADULPHUS DE KYNEBELL'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE WOUBURNE. *Inq. ad q. d.*
79. ROGERUS DE FRAXINO ET MATILDA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
80. GERARDUS DE WACHESHAM—*pro* EGIDIO FILIO SUO. *Inq. ad q. d.*
81. ROGERUS DE LUDHAM—*pro* PRIORE ET CONVENTU SANCTI OLAVI DE HERLINGFLET. *Inq. ad q. d.*
82. CHRISTIANA DE MARISCIS. *De piscaria et aliis libertatibus et proficuis in terra in Thorncastel dum dicta Christiana et antecessores sui eam tenuerunt.* Hibern'.
83. SUBPRIORISSA ET MONIALES DE MUNKETON'. *De custodia domus de Munketon'.*
84. EDMUNDUS DE PASSELEY—*pro* CAPELLA DE PASSELEY. *Inq. ad q. d.*
85. RICARDUS DE LEKFORD', ET ALIUS—*pro* ABBATISSA ET MONIALIBUS DE SHAFTON'. *Inq. ad q. d.*
86. ROGERUS DE NORTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE RAMMESEYE. *Inq. ad q. d.*
87. *De ponte vocato Wychebrigge reparando.* Lincoln'.
88. HUGO BERNARD. *Inq. ad q. d.*
89. PAVIA FILIA HENRICI DE EDMUNDESTHROP'—*pro* JOHANNE DE BENHAM *alias* BYNENAM ET ALICIA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*
90. WILLIELMUS BLEYTH, *defunctus.* *De balliva in foresta de Dene.*
 Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Willielmus Bleyth tenuit quandam ballivam quæ vocatur Bleytheswik' in feodo et hæreditate, pro qua filius ejus Johannes et hæres est in custodia domini Regis. Et quod idem Willielmus tenuit quandam ballivam in foresta prædicta ad equitandum per totam forestam prædictam ad illam supervidendam, ex concessione domini Regis ad terminum vitæ suæ; et quod idem Willielmus mortuus est. Gloucestr'.
91. THOMAS FILIUS PETRI DE LEYCESTR'. *Inq. ad q. d.*
92. GALFRIDUS FILIUS JOHANNIS SWAYN DE FULFORD', *capellanus*, ET JUETTA MAUNSEL—*pro* ABBATE ET CONVENTU BEATÆ MARIE EBOR'. *Inq. ad q. d.*
93. ADAM DE MIDDELTON'. *Inq. ad q. d.*
94. ANDREAS DE ROUCEBY, *clericus*—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE KIRKESTEDE. *Inq. ad q. d.*
95. HUGO DE CRESSI, PERSONA ECCLESIE DE GRESELEY. *De decimis.*
96. WILLIELMUS DE ROS DE HAMELAK' ET PRIOR ET CONVENTUS DE BELVERO. *Duce Inq. ad q. d.*
97. MARIOTA LA SAUSERE DE SALKILD' QUÆ FUIT UXOR NICHOLAI DE ARTURETT'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE HEPPE. *Inq. ad q. d.*
98. WILLIELMUS DE ROS FILIUS ET HÆRES ALEXANDRI DE ROS. *De quatuor marcis annuis quas Gilbertus de Grendon' dicto Alexandro concessit*

de manerio de Grendon', et quas ilem Alexander percepit a præfato Gilberto tota vita sua et post mortem ejusdem de Hugone filio et hærede prædicti Gilberti, &c.—Item, Inquisitio de vero valore manerii de Grendon'.

99. ABBATISSA DE SHAFTON'. *Inq. ad q. d.*
100. JOHANNES LE PORTER DE TIKHILL' ET JOHANNES FILIUS EJUS. *Inq. ad q. d.*
101. JOHANNES FILIUS REGINALDI—*pro HERBERTO FILIO JOHANNIS. Inq. ad q. d.—De manerio de Wolferton' quod Johanna de Vivon' tenet in dotem ex assignatione ejusdem Johannis filii Reginaldi.*
102. *De anno 34° Edw. I. n° 247.*
103. MAGISTER JOHANNES DE ROS—*pro ECCLESIA DE ROS. Inq. ad q. d.*
104. ADAM FILIUS WALTERI DE WODEHOUSE. *De quibusdam assartis in foresta de Skipton' in Craven' quæ Alicia de Rumleye alias Romeleie defuncta concessit Hugoni Le Forester, proavo prædicti Adæ, et heredibus suis.*

Dictus Hugo virtute donationis et concessionis prædictæ Aliciæ habuit quædam assarta in prædicta foresta simul cum custodia ejusdem forestæ cum omnibus suis appenditiis, et illa tenuit usque ad diem obitus sui et inde obiit seisisus. * * Dictus Adam est propinquior hæres prædicti Hugonis, et est ætatis triginta quinque annorum.

Ebor'.

105. ALICIA DE LA HYDE. *De tertia parte manerii de Garthorp' quam Robertus Walrand defunctus eidem Aliciæ concessit, habendam post mortem Dionisiæ quæ fuit uxor Willielmi Gauzy jam defuncta quæ illam tenuit in dotem; quod quidem manerium fuit eschaeta Regis Henrici tertii post mortem ipsius Willielmi qui Normannus fuit.*
106. CHRISTOPHORUS DE SETON', *rebellis. Extenta terrarum quæ fuerunt dicti Christophori et quæ per rebellionem ejusdem tanquam eschaeta ad manus Regis devenerunt. Ermina quondam uxor Johannis de Seton' et mater dicti Christophori tenet in dotem de prædictis terris, &c.*
107. JACOBUS FILIUS ET HÆRES JACOBI DE ALDEDELEYE *alias ALDELEYE. De messuagio et terra in Farlegh' quæ præfatus Jacobus senior die quo obiit de Johanne quondam Duce Britannicæ tenuit.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædicta messuagium et terra ad manus Johannis quondam Ducis Britannicæ per mortem præfati Jacobi de Aldeleye, ratione minoris ætatis dicti Jacobi filii ejusdem Jacobi de Aldeleye, nomine custodiæ devenerunt. * Dicunt etiam quod per mortem prædicti Ducis Eschaeter domini Regis cepit in manum Regis messuagium et terram prædictam pro eo quod nullus executorum testamenti prædicti Ducis seu alius statum vel jus clamans in prædictis messuagio et terra venit ad exitus percipiendos seu ali-quod jus vel statum inde clamandum. Item dicunt quod dictus Jacobus filius prædicti Jacobi de Aldeleye est hæres ejusdem Jacobi propinquior et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Sussex'.

108. *De passagio ultra aquam de Twede inter villam de Berewyco et Twedemuth'.*
109. EDMUNDUS BAKUN *alias* BACUN ET JOHANNES FRATER EJUS. *Inq. ad q. d.*
110. JOHANNES DE LANCASTR' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE STRATFORD'.
Inq. ad q. d.
111. ALICIA FILIA GILBERTI FILII GALFRIDI DE PRESTON'. *Inq. ad q. d.*—
*De terra quam eadem Alicia adquisivit de Emma quæ fuit uxor
Gilberti filii Galfridi de Preston' quæ dictam terram de Laurentio
de Preston' similiter adquisiverat.*
112. JOHANNES DE LUCY, FILIUS ALICIE DE LUCY DEFUNCTÆ QUÆ FUIT
UXOR ALANI DE MULTON'. *Inq. ad q. d.*
113. RICARDUS DE POLHAMPTON', clericus. *Inq. ad q. d.*—*De manerio de
Balatteston' quod idem Ricardus adquisivit de Emelina quæ fuit
uxor Rogeri de Inkepenne, quæ illud tenuit ad vitam suam de
hæreditate Rogeri consanguinei et hæredis prædicti Rogeri de
Inkepenne.*
114. GALFRIDUS DE BULCOTE — *pro* JOHANNE LE GAOLER DE NOTTINGHAM'.
Inq. ad q. d.
115. ROBERTUS DE HOLAND' — *pro* CAPELLA DE HOLAND'. *Inq. ad q. d.*
116. ROGERUS DE BEDEL, ET ALII — *pro* EPISCOPO COVENTREN' ET LICHE-
FELDEN'. *Inq. ad q. d.*
117. HAMELINUS DE GODELEE — *pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIE SANCTI
ANDREÆ WELLEN'. *Inq. ad q. d.*
118. WILLIELMUS DESERT — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BOULTON'. *Inq.
ad q. d.*
119. *Recordum et processus cujusdam inquisitionis, captæ anno 34^o Edw. I.
de disseisina quam Radulphus de Rocheford et Alicia uxor ejus et
alii fecerunt Lucie Pecche.*
120. ROBERTUS DE CLIFFORD' — *pro* ROBERTO FILIO ROBERTI DE CLIFFORD'
ET ELIZABETHA FILIA JOHANNIS DE VALLIBUS ET HÆREDIBUS DE
CORPORIBUS IPSORUM LEGITIME PROCREATIS. *Inq. ad q. d.*
121. JOHANNES DE SUTTON'. *De passagio ultra aquam de Hull' inter Drypole
et Kyngeston' super Hull'.*
122. ALEXANDER FILIUS JOHANNIS DE STAUNTON' ET RADULPHUS BOT — *pro*
ABBATE ET CONVENTU DE WOUBURN'. *Inq. ad q. d.*
123. NICHOLAUS DE HORES — *pro* PRIORE ET CONVENTU ROFFENS'. *Inq.
ad q. d.*
124. WILLIELMUS PAYNEL ET MARGARETA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
125. ADAM DE MENEVILL'. *De minera ferri fodenda in terris suis de
Whittonstal et Neuland' juxta Bywell'.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod Johannes de Balliolo pater
Hugonis, Alexandri, et Johannis de Balliolo adhuc superstitis, per
chartam suam dedit et concessit cuidam Guydoni Darreins omnes
terras et tenementa sua in Whittonstal et La Neuland' cum per-
tinentiis per certas divisas in eadem charta contentas, habenda et

tenenda sibi et hæredibus suis imperpetuum. Et quod prædictus Johannes pater, nec post ejus mortem prædictus Hugo tempore suo, nec prædictus Alexander post mortem ejusdem Hugonis tempore suo aliquam mineram in terris et tenementis prædictis sic datis, post donationem et concessionem eidem Guydoni inde factas, ut prædictum est, foderunt nec fodere consueverunt. Sed dicunt quod post mortem prædicti Guydonis Rogerus filius et hæres suus, plenæ ætatis existens, dimisit terras et tenementa prædicta prædicto Alexandro de Balliolo ad terminum duodecim annorum cum omnibus ad terras illas et tenementa pertinentibus, infra quem terminum prædictus Rogerus, quodam Guydone filio et hærede suo ætatis trium annorum existente, obiit, post cujus obitum Alexander capitalis dominus terrarum et tenementorum prædictorum dedit custodiam eorundem Alianoræ de Genoure uxori suæ, habendam usque ad legitimam ætatem prædicti Guydonis filii Rogeri; quæ quidem Alianora, post mortem prædicti Alexandri viri sui, prædicto Guydone filio Rogeri infra ætatem et in custodia sua, ut prædictum est, existente, perpendens mineram ferri in prædictis terris et tenementis existere, mineram in eisdem terris et tenementis per ballivos et homines suos primo fodere et commodum suum inde facere incepit. Quæsiti si prædictus Johannes de Balliolo filius post mortem prædicti Alexandri fratris sui, postquam prædictus Guydo filius Rogeri ut ille qui plenæ ætatis fuit seisinam terrarum et tenementorum prædictorum per redditionem prædictæ Alianoræ habuit, aliquam mineram in dictis terris et tenementis per se vel per ballivos seu homines suos foderit, vel prædictus Guydo dictis terris et tenementis in manu sua sic jure hæreditario existentibus, vel Adam de Menevill' postquam idem Guydo ipsum Adam de eisdem terris et tenementis feoffaverat, per præfatum Johannem de Balliolo filium vel per ballivos seu homines suos in prædicta minera fodenda impediti fuerunt, dicunt quod non, sed dicunt præcise quod prædictus Guydo filius, antequam prædictum Adam de terris et tenementis prædictis feoffavit, per præfatum Johannem filium seu per aliquem antecessorum suorum prædictorum seu per aliquem alium super minera prædicta fodenda nunquam fuit impeditus, nec similiter prædictus Adam, postquam de terris et tenementis prædictis sic feoffatus fuit, quousque dominus Johannes de Britannia per ballivos et homines suos prædictum Adam super minera prædicta fodendajam de novo impedire incepit.

[? Northumbr']

126. BENEDICTUS DE THORNBURY — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE WELLEBEK'.
Inq. ad q. d.
127. WILLIELMUS ABBAS SANCTÆ RADEGUNDIS JUXTA DOVOR'. *Inq. ad q. d.*
128. EDMUNDUS BASSET. *Inq. ad q. d.*
129. WILLIELMUS LE TURNER ET ALICIA UXOR EJUS — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE SELEBURN'. *Inq. ad q. d.*
130. JOHANNES BESEMAUNCELE *alias* BESEMAUNSEL ET ALICIA UXOR EJUS — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE TEUKESBURY. *Inq. ad q. d.*
131. THOMAS DE STANTON' ET SIMON LE BAKESTERE — *pro* ECCLESIA DE ASSHEWELLE. *Inq. ad q. d.*

132. CECILIA QUONDAM MATER STEPHANI PEISSON DE SCOTIA *rebellis defuncti*.
Extenta terrarum quas ipsa Cecilia defuncta tenuit in dotem in manerio de Berghby, et quæ per mortem præfatæ Cecilie ad manus Regis devenerunt.
- Dicta tertia pars devenit ad manus domini Regis die Sabbati proximo post festum Sancti Martini anno regni domini Edwardi Regis nunc tricesimo tertio finiente quo die dicta Cecilia obiit. Lincoln'.
Ketellus de Letham Christianum quæ fuit uxor prædicti Stephani duxit in uxorem.
133. WILLIELMUS FILIUS WILLIELMI DE CRIKETOT ET JOHANNA UXOR EJUS, ET MARIA QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI DE CRIKETOT. *Inq. ad q. d.*
134. WILLIELMUS DE ROS DE HAMELAK'. *Inq. ad q. d.*
135. RANULPHUS DE MONTE CANISO ET ALBRED A UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
136. NICHOLAUS FILIUS THOMÆ LE CLERK' *alias* THOMÆ DE KYRKEBY—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE CARHOWE. *Inq. ad q. d.*
137. ROBERTUS FILIUS ROBERTI RUSSEL — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRADENESTOK'. *Inq. ad q. d.*
138. PRIOR ET CONVENTUS DE TYNEMUTH'. *Inq. ad q. d.*
139. ROBERTUS DE IXENYNGG' ET SARRA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.* — *De terra adquisita de Philippo Le Charpenter, patre prædictæ Sarre, et Margeria uxore ejus.*
140. WILLIELMUS, MAGH' DE SCOTHORN' ET WILLIELMUS DE BLYTON' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE BARLINGGES. *Inq. ad q. d.*
141. NICHOLAUS DE SANCTO MAURO ET EVA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*
142. HUGO FERRAUNT. *De custodia portæ Castri de Skipton' in Craven' quam Hugo Ferraut, avus præfati Hugonis, et post ejus decessum Henricus filius suus et hæres, pater prædicti Hugonis nunc petentis, habuerunt.*
143. MARIA QUÆ FUIT UXOR ALANI DE CAMBERTON', *defuncta*. *De terris quas ipsa tenuit in dotem, die quo Scotis inimicis Regis adhæsit, de hæreditate Thomæ de Redman et Johannis Le Venour consanguineorum et hæredum prædicti Alani.*
- Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod dicta Maria 'die quo Scotis adhæsit' tenuit in dotem, de hæreditate prædicti Alani quondam viri sui, tertiam partem duarum carucatarum terræ cum pertinentiis in Camberton', &c.; * * et quod prædicta Maria obiit apud Frerton' in comitatu de Fyff' in Scotia circa festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis 'nunc' tricesimo secundo, sicut intellexerunt per homines de partibus istis qui a partibus Scotiæ venerunt. Et dicunt quod prædicti Thomas de Redman et Johannes Le Venour sunt propinquiore hæredes dicti Alani.
Cumbr'.
144. JOHANNES DE MOUBRAY. *De metis et bundis chacearum.*

145. WILLIELMUS FILIUS JOHANNIS FILII WILLIELMI LE FURMERY. *Brevia de terris quas Johannes Le Furmery, proavus ipsius Willielmi dudum defunctus, tenuit in dominico suo ut de feodo de Willielmo de Fortibus quondam Comite Albemarle, qui post mortem prædicti Johannis Le Furmery, Willielmo filio et hærede ipsius Johannis tunc in partibus Hiberniæ existente, terras illas nomine custodiæ seisiri fecit in manum suam, et eas præfato Willielmo postmodum in Angliam redeunti reddere recusavit.*
146. ROBERTUS ALEYN, ET ALII—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE LAVENDENE. *Inq. ad q. d.*
147. GERINUS LE SHERRENE *vel* SHERREVE ET MARGERIA UXOR EJUS—*pro* ABBATE ET CONVENTU SANCTI AUGUSTINI CANTUAR'. *Inq. ad q. d.*
148. MAGISTER JOHANNES DE COLECESTR'—*pro* CAPELLA SANCTÆ ELENÆ DE MAIDENBURGH'. *Inq. ad q. d.*
149. SIMON DE MONTE FORTI QUONDAM COMES LEICESTR'. *De feodis militum quæ de ipso Comite tenta fuerunt et quæ per forisfactum ejusdem ad manus Regis Henrici tertii devenerunt.*

Juratores dicunt super sacramentum suum quod quidam Ricardus de Kaynes tenuit de Simone de Monte Forti quondam Comite Leicestr'. duo feoda militum et dimidium de honore Leicestr', * qui post forisfactum ipsius Simonis Comitis se attornavit domino Henrico Regi patri Regis nunc de homagio et servitio suo; cui quidem Ricardo successit quædam Johanna filia ejus et hæres et ea modo tenet. * * Item dicunt quod quidam Johannes Mucegros tenuit de prædicto Simone Comite unum feodum militis; * et quia idem Johannes obiit sine hærede de se, descendit feodum illud cuidam Agathæ ut sorori et hæredi quæ se nupsit Waltero de Ratingden', qui, post donum inde factum domino Edmundo fratri Regis nunc, se attornavit eidem de homagio suo. Et dicunt [quod] de ipsis Waltero et Agatha exivit quidam Johannes de Ratingden' filius eorum et hæres qui modo tenet feodum illud. * * Item dicunt quod Nicholaus de Sancto Mauro tenet * unum feodum militis in dominico et servitio de honore prædicto, quod quidem feodum prædictus Simon Comes tenuit in dominico die quo forisfecit. Et dicunt quod facto dono prædicto domino Edmundo, idem Edmundus dedit feodum illud cuidam Laurentio de Sancto Mauro patri prædicti Nicholai, cujus hæres ipse est et modo tenet prædictum feodum. * * Item dicunt quod Robertus Husier junior et Simon frater ejus perquisiverunt de Jacobo de Sancto Andrea quartam partem unius feodi militis, * et prædicti Robertus et Simon illam modo tenent. * * Item dicunt quod Johannes de Camoys et Margareta uxor ejus tenuerunt de prædicto Simone Comite * tertiam partem unius feodi militis de prædicto honore et de hæreditate ipsius Margaretae, qui post donum factum prædicto domino Edmundo se attornaverunt eidem; sed dicunt quod Willielmus Paynel et prædicta Margareta uxor ejus nunc tenent tertiam partem illam. * * Item dicunt quod quidam Thomas de Aldham tenuit de prædicto Simone Comite unum feodum militis, * cui quidem Thomæ successit quidam Baldewinus filius ejus et hæres et se attornavit Regi nunc, et postea de seisina sua inde

feoffavit quendam Johannem de Nevill', qui habita inde seisina feoffavit prædictum Baldewinum et Nicholaam uxorem ejus tenendum ipsis et hæredibus ipsius Baldewini: et dicunt quod eadem Nicholaa supervixit ipsum Baldewinum et modo tenet feodum illud per feoffamentum prædictum de hæreditate Francisci filii et hæredis prædicti Baldewini qui est in custodia Regis. * * Item dicunt quod Robertus de Nevill' tenuit de prædicto Simone Comite unum feodum militis, * et postea inde feoffavit quendam Jacobum filium suum juniorem, tenendum de ipso Roberto et hæredibus suis: et dicunt quod, mortuo eodem Roberto, idem Jacobus se attornavit Roberto filio et hæredi prædicti Roberti. * * Item dicunt quod quidam Andreas Peverel tenuit de Simone Comite * tertiam partem unius feodi militis: * et de ipso Andrea descendit tertia pars illa cuidam Thomæ ut filio et hæredi qui se attornavit domino Regi nunc. Et de ipso Thoma descendit cuidam Andreæ ut filio et hæredi qui illam modo tenet. * * Item dicunt quod quidam Walterus Evening' tenuit de Simone Comite tertiam partem unius feodi militis; * et de ipso Waltero descendit tertia pars illa Simoni Evening' ut filio et hæredi qui illam modo tenet. * * Item dicunt quod quidam Willielmus de Kaynes tenuit de prædicto Simone Comite dimidium feodum militis. * * Item dicunt quod quidam Ricardus Hereward' tenuit de prædicto Simone Comite unum feodum militis; * et dicunt quod idem Ricardus tenet feodum illud. * * Item dicunt quod quædam Alicia Fraunk tenuit de Comite tertiam partem unius feodi militis, * et quod, mortua ipsa Alicia, descendit tertia pars illa cuidam Gilberto hæredi qui se attornavit domino Regi nunc. * *

150. HOMINES TENENTES JOHANNIS DE HERONVILL' DE MANERIO DE WEDNESBURY. *De transgressionibus, injuriis, &c., eis factis.*
151. JOHANNES DE SWYNBURN'. *De redditu de firmis de Tyndale, et de estoveriis pro manerio de Halghton'.*
152. PETRUS FILIUS PETRI DE ROTEHAM? *Breve ad quod damnnum.*
153. WILLIELMUS DE GARDINIS. *De terris suis in manus Regis captis occasione mandati Regis de terris omnium Scotorum inimicorum et rebellium in manus Regis capiendis; item tamen Willielmus ad fidem Regis semper extitit et adhuc existit.*
- † 154. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES WILLIELMI QUINTYN. *Probatio ætatis.*

Willielmus Bruton' ætatis quinquaginta annorum, juratus et examinatus super ætate dicti hæredis, dicit per sacramentum suum quod idem hæres erit ætatis viginti et duorum annorum in crastino Epiphaniæ Domini proximo futuræ, et hoc scit quia natus fuit apud Magnam Wychford' in crastino Epiphaniæ Domini anno regni domini Edwardi Regis nunc tertiodecimo, et in crastino ejusdem diei in ecclesia ejusdem villæ baptizatus fuit; et similiter hoc scit quod tantum tempus est elapsum quia Christiana Quintyn, soror patris prædicti hæredis et quam præfatus Willielmus Bruton' duxit in uxorem, obiit in 'anno subsequenti, videlicet,' anno regni domini Edwardi Regis nunc quartodecimo. * * * * Wiltes'.

- *155. FRATRES HOSPITALIS SANCTÆ MARGARETÆ DE HUNTINGDON'. *De visu franci plegii per Bernardum de Brus, patrem Bernardi qui nunc est, sibi injuste appropriato per septem annos elapsos.*
- *156. WILLIELMUS AUMBESAS ET JOHANNA UXOR EJUS — *pro MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI THOMÆ MARTYRIS DE SUTHWERK'. Inq. ad q. d.*
- *157. WILLIELMUS DE CRAYSTOK', *defunctus. De inquirendo utrum dictus Willielmus, frater Johannis de Craystok', obierit sine hærede de corpore suo procreato, pro eo quod compertum est per inquisitionem factam de terris quæ fuerunt Johannis de Craystok', [vide aº 34º Edw. I. nº 40.] quod idem Johannes perquisivit terram de Eskeheved de Johanne de Boyngton' habendam eidem Johanni et Willielmo de Craystok' fratri suo et hæredibus de corpore ipsius Willielmi; ita quod si prædictus Willielmus sine hærede de corpore suo exeunte obiret, dicta terra remaneret Margaretæ de La Vale sorori prædictorum Johannis et Willielmi et hæredibus ipsius Margaretæ.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Willielmus de Craystok' obiit sine hærede de corpore ipsius Willielmi legitime procreato. Cumbr'.

APPENDIX I., EDW. I.

Inquisitiones tempore Edw. I.

[*Vide Calend. Inquis. Vol. IV. p. 425.—Folio, 1828.*]

1. *De anno 4° Edw. II. n° 52.*
 2. *De anno 10° Edw. I. n° 47.*
 3. *De anno 11° Edw. I. n° 105.*
 4. *De anno 29° Edw. I. n° 157.*
 5. *De anno 26° Edw. I. n° 73.*
 6. *De anno 22° Edw. I. n° 152.*
- † 7. THOMAS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE VERDON'. *Probatio ætatis capti a die Paschæ in unum mensem anno regni Regis Edwardi xx . . .*
- Edmundus Foliot ætatis quadraginta annorum, juratus et diligenter examinatus super ætate prædicti Thomæ de Verdon', dicit quod idem Thomas natus fuit apud Whistan in comitatu Ebor' et baptizatus in ecclesia ejusdem villæ quarto die post Epiphaniam Domini proximo præterito fuerunt viginti et unus anni elapsi. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod per hoc, quod de vicinio est de Whytstan de villa de Handesworth' quæ distat a Whytstan per tres leucas, et per hoc etiam quod præsens fuit ubi baptizatus fuit loco et die et anno prædictis, et quia eodem anno Thomas de Furnyval, avus prædicti Thomæ, procuravit erga dominum Ricardum Folyot patrem istius Edmundi quod idem Ricardus dedit eidem Edmundo manerium de Rysun in comitatu Lincoln'; et per hoc bene scit quod prædictus Thomas est plenæ ætatis &c. Et de aliis circumstantiis certus [est] per dictum patriæ.
- * . * . * . *
- Adam Le Kok' de Scheffeu'd' quadragenarius et amplius, juratus et diligenter examinatus, in omnibus concordat cum præjuratis, causam reddens scientiæ quia tunc fuit cum domino Thoma de Furnivaus patre Alianoræ matris prædicti Thomæ. Ebor'.
8. *De anno 31° Edw. I. n° 178.*
 9. *De anno 35° Edw. I. n° 154.*

10. *De anno 27° Edw. I. n° 143.*
11. *De anno 29° Edw. I. n° 158.*
12. *De anno 29° Edw. I. n° 159.*
- ‡13. SEWALUS DE WORTH', DE HAYNTON'. *Inq. p. m.*
 Johannes filius prædicti Sewali est propinquior hæres ipsius Sewali, et
 novem annorum ad festum
 Exaltationis Sanctæ Crucis anno domini Edwardi Regis decimo.
 [? Circa 10 Edw. I.—Vide Rot. Fin., 10 Edw. I. m. 16.]
14. *De anno 12° Edw. I. n° 96.*
- ‡15. *Præsentatio juratorum de warennis et chaceis quas Willielmus de
 Warennia Comes Surr' pater Comitis nunc sibi appropriavit infra
 baroniam suam in Rapo de Lewes : et de ecclesia de Brede, &c.*
- ‡16. *Extenta manerii de Nocton' facta per villatam.*
- ‡17. *Inquisitio de pretio domorum et valore reddituum domorum sitarum
 supra fossatam Castri Windesor'.*
18. *De anno 10° Edw. I. n° 48.*
19. *De anno 22° Edw. I. n° 153.*
20. *Non apparet.* [ISABELLA QUÆ FUIT UXOR PATRICII DE CADURCIS—Breve
 de seisina.]
21. *De anno 11° Edw. I. n° 106.*
22. *De anno 27° Edw. I. n° 144.*
23. *De anno 27° Edw. I. n° 146.*
24. *De anno 27° Edw. I. n° 145.*
25. *De anno 8° Edw. II. n° 73.*
26. *De anno 23° Edw. I. n° 31.*
27. *De anno 1° Edw. I. n° 61.*
28. *De anno 3° Edw. I. n° 88.*
29. *De anno 3° Edw. I. n° 89. Vide etiam n° 41 postea.*
30. *De anno 5° Edw. II. n° 93.*
31. *De anno 5° Edw. I. n° 71.*
32. *De anno 7° Edw. I. n° 80.*
33. *De anno 8° Edw. II. n° 76.*
34. *De anno 11° Edw. I. n° 107.*
35. *De anno 11° Edw. I. n° 108.*
36. *De anno 3° Edw. I. n° 84.*

37. *De anno 15° Edw. I. n° 64.*
38. *De anno 14° Edw. I. n° 54.*
39. *De anno 11° Edw. I. n° 109.*
40. *De anno 27° Edw. I. n° 147.*
41. *De anno 3° Edw. I. n° 89. Vide etiam n° 29 antea.*
42. *De anno 6° Edw. I. n° 110.*
43. *De anno 34° Edw. I. n° 238.*
44. *De anno 3° Edw. I. n° 85.*
45. *De anno 25° Edw. I. n° 43. Vide etiam n° 56 postea.*
46. *De anno 11° Edw. I. n° 110.*
47. *De anno 34° Edw. I. n° 239.*
- 48a. *De anno 14° Edw. I. n° 37.*
- 48b. *De anno 28° Edw. I. n° 155.*
49. *De anno 15° Edw. II. n° 56.*
50. *De anno 22° Edw. I. n° 154.*
51. *De anno 23° Edw. I. n° 133.*
52. *De anno 14° Edw. I. n° 11.*
53. *De anno 25° Edw. I. n° 119.*
54. *De anno 7° Edw. I. n° 81.*
55. *De anno 15° Edw. I. n° 77.*
56. *De anno 25° Edw. I. n° 43. Vide etiam n° 45 antea.*
- † 57. *Inquisitio de jure Regis et dominorum de Brad infra metas terræ de Baueley.*
58. *De anno 7° Edw. I. n° 82.*
59. *Non apparet. [RICARDUS LE ESPICER.]*
- †† 60. *Breve Thesaurario et Baronibus de Scaccario datum apud Bristoll' 5° die Januarii, viz., quod Cives Hereford' sint quieti de 60 marcis per quas finem fecerunt anno 50° Hen. III. pro bona voluntate sua habenda.*
- †† 61. *SIMON BASILL', suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*
*Prædictus Simon Basill' suspensus fuit jam quadraginta annis elapsis et amplius. * * Prædictus Simon tenuit prædictas quatuor acras et unam rodam terræ et dimidiam de Toly Oldcorn, Aylward Holdcorn, Hugone Holdcorn et Syverd Holdcorn, fratribus, quia prædicta terra fuit de socagio.*
[Vide a° 35 Hen. III. n° 8.]

††62. WILLIELMUS DE CAVERESWELL'.

De hundredo de Tatemoneslowe quod idem Willielmus tenet ad terminum vite sue per chartam Henrici Regis patris Regis nunc.

††63. RICARDUS BATAYLE. *Inq. p. m.*

Henricus Batayle, filius prædicti Ricardi, est propiuquior [Berk']

[? 30 *Edw. I.*—*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 10.*]

APPENDIX II., EDW. I.

Inquisitiones &c., de Scaccario.

2° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[Portf. ½.]

1. WILLIELMUS DE WENLING, ESCHAETOR REGIS, *defunctus*. *Inquisitio de terris &c. quas tenuit infra insulam Elien' anno 41 Hen. III. et postea usque ad diem obitus sui.*
Dicunt etiam [juratores] quod idem tenuit 50 acras terræ in Wys' quas dedit Thomæ de Moudeford cum sorore sua. Elien'.

18° et 19° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[Portf. ½.]

1. *Conventio inter Henricum Heuse, filium et hæredem domini Henrici Heuse defuncti, et dominam Agnetem Heuse uxorem quondam dicti domini Henrici. De dote ejusdem Agnetis.* [a° 18°.]
2. CECILIA QUÆ FUIT UXOR GODFRIDI DE BELLO MONTE, QUÆ DE REGE TENUIT IN CAPITE. *Breve de "diem clausit extremum."* [28° die Julii a° 18°.]
3. CECILIA QUÆ FUIT UXOR GODFRIDI DE BELLO MONTE, *defuncta*. *Breve de "melius certiorari" de terris quas tenuit de hæreditate sua propria vel conjunctim cum prædicto Godfrido adhuc superstite.* [1° die Augusti a° 18°.]
6. WARINUS MAUDUIT FILIUS ET HÆRES THOMÆ MAUDUIT *defuncti*. *Breve de seisina habenda de terris dicti patris sui.* [a° 18°.]
7. THOMAS DE WEYLAND', *qui pro feloniam regnum abjuravit*. *Breve de manerio de Anhus [Onhus] liberando Margerice uxori prædicti Thomæ et Ricardo filio eorundem asserentibus se, una cum prædicto Thoma, de prædicto manerio conjunctim fuisse feoffatos.* [a° 18°.]
[Vide Rot. Fin., 18 Edw. I. m. 17.]
10. ADAM DE MONTE GOMERI, *defunctus*. *Breve de terris captis in manum Regis de quibus, ex parte Adæ filii dicti Adæ et Margaretæ et*

Matildæ filiarum ejusdem Adæ defuncti, regi est ostensum, quod idem Adam pater eorum ipsos ante mortem suam jeoffasset. [a° 18°.]

[*Vide Inq. 18 Edw. I. n° 5, p. 410.*]

11. ADAM DE MONTE GOMERI, *defunctus. Breve de maneriis quæ tenuit die quo obiit per legem Angliæ de hæreditate Isabellæ de Costantyn quondam uxoris ejus. [a° 18°.]*
13. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR ADÆ DE MONTE GOMERI, *defuncti. Breve de dote ei assignanda quia præstitit sacramentum quod se non maritabit sine licentia Regis. [a° 18°.]*
16. NICHOLAUS BARO DE STAFFORD', *dudum defunctus. Breve de custodia manerii de Tysko quæ ad regem pertinet ratione minoris ætatis Edmundi filii et hæredis prædicti Nicholai. [a° 18°.]*
[*Vide Inq. 18 Edw. I. n° 50, p. 418.*]
18. ROBERTUS LE BLUND, *defunctus. Breve de custodia terrarum et hæredum ejus usque ad legitimam ætatem eorundem hæredum. [a° 18°.]*
19. ALICIA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE BRADEMERE. *Breve de quibusdam terris &c. quæ fuerunt prædicti Ricardi eidem Aliciæ liberandis, tenendis donec aliud Rex præceperit. [a° 18°.]*
[*Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 11.*]
24. ISABELLA DE FORTIBUS COMITISSA ALBÆ MARLÆ', QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI DE FORTIBUS QUONDAM COMITIS. *Breve de manerio de Gedeneye ei assignato in dotem. [a° 18°.]*
30. THOMAS DE SAUNFORD' FILIUS ET HÆRES RICARDI DE SAUNFORD'. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Ricardi. [a° 18°.]*
32. STEPHANUS DE BAUSE, *defunctus. Breve de proparte hæreditatis Matildam filiam et unam hæredum prædicti Stephani, uxorem Petri Malorre et quondam uxorem Elice de Rabayne, contingente. [a° 18°.]*
34. ROBERTUS FILIUS ET HÆRES JOLLANI DE BAVENT. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Jollani. [a° 18°.]*
36. AMICIA FILIA WILLIELMI APPELGAR DE DENARDESTON', *defuncta. Breve de terris &c. in Denardeston' in nullo intromittendis.*
Quia accepimus per inquisitionem quam per vos [Eschaetorem citra Trentam] fieri fecimus quod Amicia filia Willielmi Appelgar de Denardeston' defuncta nihil de nobis tenuit in capite die quo obiit, sed de Roberto de Munteny tenuit unum messuagium &c. * et quod Alicia filia Willielmi Appelgar est soror et propinquior hæres prædictæ Amiciæ, et quod eadem Alicia est ætatis quatuordecim annorum et amplius; vobis mandamus &c. * [a° 19°.]
[*Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 18.*]
39. RICARDUS DE BRADEMERE, *defunctus. Breve de custodia terræ et hæredis ejus, quam Thomas de Gardlinis clamat, et quam Bartholomæus de Morle et Alicia uxor ejus (quæ fuit uxor prædicti Ricardi et mater hæredis) similiter clamant. [a° 19°.]*

19° et 20° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[Portf. 4.]

- 1 } STEPHANUS DE STALHAM ET STEPHANUS LE BLUND. *Breve et inquisitio de terris eorundem die qua feloniam jecerunt.*
 et }
 2. } Stephanus de Stalham habuit die qua feloniam fecit unum messuagium cum domibus et edificiis in eodem sitis in Overneweport in liberum maritagium cum Matilda uxore sua ex dono Gocelini Godale patris prædictæ Matildæ. [a° 19°.] Norfolk.
14. JOHANNES DE DAGWURTH', *defunctus.* *Breve de manerio de Dagwurth' in manum Regis iterum cupiendo, eo quod Rex custodiam dicti manerii et hæredis dicti Johannis et maritagium ejusdem hæredis recuperavit.* [a° 19°.]
15. WILLIELMUS DE KAERDIF', FILIUS ET HÆRES PAULINI DE KAERDIF' *defuncti.* *Breve de seisina habenda de terris &c. prædicti Paulini.* [a° 19°.]
 [Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 7 et m. 2.]
- 17 } BALDEWINUS DE ALDHAM, *defunctus.* *Duo brevia de custodia terrarum et a tempore mortis dicti Baldevini concessa Eustachio de Hacche.*
 et }
 18. } [a° 19°.]
- 19 } INGERAMUS DE BALLIOLO. *Duo brevia de respectu ei concessa, ad instantiam [Philippi] Regis et Mariæ Regine Franciæ, de homagio suo faciundo pro terris quæ de Rege tenentur.* [a° 19°.]
 et }
 20. } [Vide Rot. Fin., 20 Edw. I. m. 16.]
21. PETRONILLA QUÆ FUIT UXOR SIMONIS DE SCACCARIO *defuncti.* *Breve de dote ei assignanda.* [a° 19°.]
 [Vide Rot. Fin., 20 Edw. I. m. 8.]
24. HENRICUS DE BEREFORD' FILIUS ET HÆRES HUMFRIDI DE [BEREFORD'] *defuncti.* *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt prædicti Humfridi.* [a° 19°.]
26. NICHOLAA QUÆ FUIT UXOR BALDEWINI DE ADHAM *defuncti.* *Breve de dote ei assignanda.* [a° 19°.]
27. JOHANNES FILIUS NICHOLAI WACELIN *defuncti, semper a nativitate sua fatuus et idiota.* *Breve de custodia terrarum et bonorum &c., ita tamen quod idem Johannes inde rationabiliter sustentetur.* [a° 19°.]
28. JOHANNES LE ROUS FILIUS ET HÆRES THOMÆ LE ROUS *defuncti.* *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Thomæ.* [a° 19°.]
29. REGINALDUS DE SANCTO MARTINO FILIUS ET HÆRES WILLIELMI DE SANCTO MARTINO *defuncti.* *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Willielmi.* [a° 19°.]
30. WILLIELMUS FRATER ET HÆRES THOMÆ DE MAUNDEVILL' *defuncti.* *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Thomæ.* [a° 19°.]
31. PETRUS FILIUS ET HÆRES WILLIELMI SPILEMAN *defuncti.* *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Willielmi.* [a° 19°.]

32. PETRUS MAUVEISYN FILIUS ET HÆRES ALICIE FILIÆ PETRI DE MUNETON' *defunctæ. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt dictæ Aliciæ.* [a° 19°.]
33. AVICIA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI LE BLUND *defuncti. Breve de dote ei assignanda.* [a° 19°.]
35. GALFRIDUS DE SKOLAND', *defunctus. Breve de animalibus, bladis, &c. in manerio de Cathangre.*
 Cum nuper commiserimus Aliciæ uxori Reginaldi de La Legrane [vel LEGRAVE], quondam nutrici Edwardi filii nostri, custodiam manerii de Cathangre usque ad legitimam ætatem hæredis Galfridi de Skoland' defuncti, qui manerium illud tenuit de nobis in capite, habendam cum omnibus inde perceptis a tempore mortis prædicti Galfridi; de quo quidem manerio dilectus nobis in Christo Willielmus de Hauleye, Prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, ex commissione Ricardi de Skoland', qui tempore commissionis illius seisinam inde habuit et tanquam hæres ejusdem Galfridi reputabatur, possessionem habebat, &c. [a° 19°.]
 [Vide Inq. 18 Edw. I. n° 46, p. 417.]
36. JOHANNES AP ADAM ET ELIZABETHA UXOR EJUS FILIA ET HÆRES JOHANNIS
 [DE GURNEY] *defuncti. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Johannis de Gurney.* [? a° 19°.]
 [Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 16.]
37. MARIA QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI DE BREOUS' *defuncti. Breve de dote sua.* [a° 19°.]
 [Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 15.]
41. WILLIELMUS DE BERKELEYE FILIUS ET HÆRES HENRICI DE BERKELEY *defuncti. Breve [mancum] de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Henrici.* [? a° 19°.]
42. ALIANORA QUÆ FUIT UXOR WALTERI DE TRAILLY *defuncti. De dote quam ipsa clamat versus Radulphum de Bello Campo et Sibillam uxorem ejus, qui vocaverunt ad warantum Johannem filium et hæredem prædicti Walteri in custodia Regis existentem.* [a° 19°.]
 [Vide Inq., 18 Edw. I., n° 54, p. 418.]
43. ALIANORA QUÆ FUIT UXOR WALTERI DE TRAILLY *defuncti. De dote quam clamat versus Rogerum de Quoya et Amabillam uxorem ejus, qui vocaverunt sicut supra.* [? a° 19°.]
45. NICHOLAUS BURDUN, FILIUS ET HÆRES ROBERTI BURDUN *defuncti. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Roberti.* [a° 19°.]
 [Vide Inq., 8 Edw. I. n° 88, p. 303.]
46. PHILIPPUS PAYNEL, FRATER ET HÆRES JOHANNIS PAYNEL *defuncti. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Johannis.* [a° 19°.]
 [Vide Inq., 15 Edw. I. n° 27, p. 380.]

48. PHILIPPUS DE CHETWYNDE, FILIUS ET HÆRES ISABELLE DE CHETWYNDE *defunctæ*, quæ tenuit de hærele Nicholui Baronis Stafford' infra ætatem existente. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Isabellæ. [a° 19°.]
51. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR RADULPHI DE STOPHAM *defuncti*. Breve de dote ei assignanda. [a° 19°.]
52. EVA FILIA ET HÆRES RADULPHI DE STOPHAM, *defuncti*. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Radulphi, quia constat per probationem ætatis quod eudem Eva est plenæ ætatis. [a° 19°.]
[Vide Rot. Fin., 19 Edw. I. m. 2.]
53. WILLIELMUS DE ECHINGHAM ET EVA UXOR EJUS, FILIA ET HÆRES RADULPHI DE STOPHAM *defuncti*. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Radulphi. [a° 20°.]
54. WILLIELMUS DE TILLEBIRY FRATER ET HÆRES ROBERTI [DE TILLEBIRY] *defuncti*. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Roberti. [a° 20°.]
55. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE HARDREDISHULL' *defuncti*. Breve de seisina habenda de terris &c. prædicti Johannis patris sui et etiam de quod Matilda quæ fuit uxor Willielmi de Hardredishull' avi ipsius Willielmi, cujus hæres ipse est, tenuit in dotem. [a° 20°.]
[Vide Inq., 19 Edw. I. n° 9, p. 427; et n° 103, p. 433.]
56. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE BOHUN, FILIA ET HÆRES JOHANNIS DE BATHON *defuncti*. Breve de seisina habenda de terris &c. prædicti Johannis patris sui. [a° 20°.]
[Vide Inq., 19 Edw. I. n° 13, p. 427.]
58. ROGERUS DE RISSHELEP', NEPOS ET HÆRES GREGORII DE ROKESLE *defuncti*. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt prædicti Gregorii. [a° 20°.]
[Vide Inq., 20 Edw. I. n° 29, p. 441.]
59. ROGERUS DE SUMERI, *defunctus*. Breve de custodia terrarum ratione minoris ætatis hæredis ejusdem Rogeri, et de dote Agnetis quæ fuit uxor præfati Rogeri. [a° 20°.]
[Vide Inq., 19 Edw. I. n° 14, p. 428.]
60. GERARDUS SALVEYN FILIUS ET HÆRES JOHANNÆ DE BASEVILL' *defunctæ*. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Johannæ. [a° 20°.]
[Vide Inq., 19 Edw. I. n° 6, p. 426.]
61. INGERAMUS FILIUS ET HÆRES AGNETIS DE BALLIOLO *defunctæ*. Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Agnetis. [a° 20°.]

19° et 20° Edw. I.—*Ultra Trentam.*—[Portf. $\frac{1}{4}$ g.]

- 1 } ANKETINUS SALVEYN. *Inq. p. m.*
 et }
 2. } Quidam Anketinus filius prædicti Anketini, qui est ætatis octo annorum, propinquior hæres ejus est. [a° 19°.] Ebor'.
- 3 } DOMINA ISABELLA DE CLIFFORD' UNA FILIARUM ET HÆREDUM ROBERTI
 4 } DE VETERI PONTE. *Inq. p. m.*
 5. }
- Robertus de Clyfford' filius ejus propinquior hæres ejus est, et fuit ad Pascha proximo præteritum de ætate octodecim annorum. [a° 20°.] Westmerland'.
- Robertus est filius et hæres dictæ dominæ Ysabellæ, et erit in festo Sancti Michaelis proximo futuro octodecim annorum ætatis. [a° 20°.] Ebor'.

20° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[Portf. $\frac{1}{5}$.]

- 1 } RANULPHUS DE MONTE CANISO. *Inq. p. m.*
 et }
 2. } Prædictus Ranulphus tenuit die quo obiit unum messuagium et unam carucatam terræ cum pertinentiis in Retindone, quam quidem carucatam terræ habuit ex dono et feoffamento Willielmi de Monte Caniso de Edwardestone tenendam sibi et hæredibus suis. * Idem Ranulphus per quinque annos ante obitum suum feoffavit Thomam de Monte Caniso de prædictis terris. *De hærede nihil.* Essex'.
- 3-6. REGINALDUS DE BELLO CAMPO, *qui de hærede Roberti de Ferrariis infra ætatem existente tenuit.* *Inq. p. m.*
- Milo de Bello Campo est filius et propinquior hæres dicti Reginaldi de Bello Campo defuncti, et est ætatis novemdecim annorum. Berk'.
- Milo de Bello Campo filius est ejus propinquior hæres, et est ætatis viginti et unius anni et amplius a festo Annunciationis Dominicæ usque adhuc. Northampton'.
- Milo Neyrmut *vel* Neyrnuit filius prædicti Reginaldi est propinquior hæres ejus, et ætatis viginti et unius anni. Buckingham'.
16. ALIANORA QUÆ FUIT UXOR HUGONIS DE CURTENAY *defuncti.* *Breve—de inquirendo de terris &c. de quibus ipsa cum præfato Hugone quondam viro suo conjunctim fuit feoffata per Ricardum de Brankescomb' et Egidiam uxorem ejus (simul cum dote Alianoræ quæ fuit uxor Ricardi Bauceyn cum acciderit,) et alios.*
17. ALIANORA QUÆ FUIT UXOR HUGONIS DE CURTENAY *defuncti.* *Breve—de inquirendo utrum Philippus Basset concessit præfato Hugoni cum eadem Alianora in liberum maritagium manerium de Wutton', tenendum eisdem et hæredibus suis.*
21. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR SIMONIS DE LINDON' *defuncti.* *Breve—de custodia terrarum quas Johannes Sampson defunctus de prædicto Simone in manerio de Lyndon tenuit, una cum Johanne filio et hærede prædicti Johannis Sampson infra ætatem existente.*

23. RICARDUS DE HOLEBROK', *defunctus*. *Breve de 'certiorari' de quibusdam terris quas tenuit in Holebrok', in manum Regis captis.*
[*Vide Rot. Fin.*, 19 *Edw. I. m.* 14.]
24. THOMAS MILNETHORP'. *Breve—de inquirendo de statu mentis suæ.*
26. ROBERTUS DE KEYNES, *defunctus*. *Breve—de bonis & catallis, quæ fuerunt ejusdem Roberti, Matildæ de Keynes liberandis.*
28. WILLIELMUS DE BRADEMERE, *nuper defunctus*. *Breve—de molendino et terra liberandis Bartholomæo de Morleye et Aliciæ uxori ejus (quæ fuit uxor Ricardi filii prædicti Willielmi) matri Willielmi filii ipsius Ricardi tanquam propinquiori eidem Willielmo, habendis usque ad legitimam cetatem ejusdem.*
[*Vide Inq.* 18 *Edw. I. n° 21, p.* 412.]
29. WILLIELMUS DE CAVERSWELL, *defunctus*. *Breve—de medietate manerii de Athelokston' quam tenuit ad terminum vitæ et quam subeschaetor in comitatu Stafford', pro voluntate sua, Johanniæ quæ fuit uxor prædicti Willielmi [? assignavit] in spendium et facturam Theobaldi de Verdun.*
32. JOHANNES DE BRADLEYE. *Inq. p. m.*
Johannes filius ipsius Johannis est propinquior ejus hæres, et erit ætatis octo annorum ad Natale Domini proximo sequens. [*Inquisitio facta die Martis ante festum Sancti Edmundi Regis et Martyris.*]
- 33 } AMICIA QUÆ FUIT UXOR GALFRIDI DE BELLAFOGO *alias BELLA FAGO.*
et } *Breve—De causa captionis terrarum dictæ Amiciæ.*
- 34 } Quia inveni per inquisitionem * quod Galfridus de Bellafogo tenuit manerium de Suthcrek de domino Rege immediate de corona, per servitium dimidii feodi militis, et idem Galfridus de Bellafogo obiit seisitus de manerio de Suthcrek in vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi decimo nono, ideo cepi in manum domini Regis manerium de Suthcrek quod fuit prædicti Galfridi. *Norfolc'.*
39. HUGO DE WODERTON', *defunctus*, *qui tenuit de Rege manerium de Woderton' juxta Montem Gomeri. Breve de aliis terris in manum Regis captis.*
40. RADULPHUS DE WASSINGLEY, *defunctus*. *Breve de inquirendo de terris ejusdem, præter ea quæ de Rege tenuit in capite.*

21° *Edw. I.—Citra Trentam.—[Portf. ½.]*

- 1-8. ADAM DE BAVENT. *Inq. p. m.*

Rogerus filius prædicti Adæ est hæres ejus propinquior, et erit undecim annorum ætatis in festo Purificationis Beatæ Mariæ anno prædicto [21°]. Surr'.

Manerium de Hyen valet per annum in omnibus exitibus 22l., ejus particulæ non specificantur eo quod domina Gervasia quæ fuit uxor

quondam domini Willielmi de Wystenestone illud manerium tenebit ad terminum vitæ suæ, nomine dotis, post cuius obitum dictum manerium reverti debet ad hæredes domini Adæ de Bavent. * * Rogerus filius prædicti Adæ de Bavent est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis decem annorum ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Dominica ante festum Epiphaniæ Domini.*]
Sussex'.

Sciatis quod invenitur in quodam libro de scaccario quod Ricardus Vabadun tenuit de Rege tria feoda militum. Et dictus Ricardus fuit antecessor Adæ de Bavent ex parte matris ipsius Adæ; cuius Ricardi terræ et tenementa hæreditaria descenderunt dicto Adæ per decessum matris suæ prædictæ.

21° Edw. I.—Citra Trentam.—[Portf. 1.]

m. 1 d. MATILDA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE PECCHAM. *Assignatio dotis*
[*Vide Inq. 21 Edw. I. n° 35, p. 461.*]

m. 2. ROGERUS LE SAUVAGE. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Rogeri est ejus hæres propinquior et est ætatis undecim annorum.
Surr'.

ib. MATILDA QUÆ FUIT UXOR GILBERTI DE LESTANTON'. *De dote sua capta in manum Regis quia maritavit se Ricardo Le Brun sine licentia Regis.*

m. 2 d. JOHANNES DE STOKES, *defunctus.* *Partitio terrarum &c. inter hæredes, videlicet, Robertum de Sancto Licio et Matildam uxorem suam, sororem et unam hæredum dicti Johannis, et Adam filium Agnetis consanguineum et alterum hæredum ejusdem Johannis.*
[*Vide Inq. 21 Edw. I. n° 43, p. 462.*]

ib. JOHANNES FILIUS ET HÆRES THOMÆ DE LANGETON'. *Probatio ætatis.*

* * Qui jurati et separatim examinati concordant in hoc quod dictus Johannes natus fuit apud Thorp' juxta Skeldelby in comitatu Lincoln' ad festum Sancti Lucæ Evangelistæ anno regni Regis Henrici patris domini Regis nunc quinquagesimo quarto; et quod idem Johannes fuit ætatis viginti duorum annorum ad idem festum proximo præteritum, videlicet, anno regni Regis nunc vicesimo. Et quilibet eorum habet causam scientiæ certam concordantem cum dictis eorum in præmissis.
Lincoln'.

m. 3. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES WILLIELMI DE FERARIIS. *Probatio ætatis facta apud Groby 8° die Martii.*

Robertus, Prior de Ulviscroft, juratus et separatim examinatus dicit quod prædictus Willielmus filius Willielmi natus fuit apud manerium de Yoxhale in comitatu Stafford', quod manerium fuit dominæ Comitisse de Ferariis, videlicet, in vigilia Sanctæ Brigidæ Virginis anno regni Regis Henrici patris domini Regis nunc quinquagesimo sexto, et quod idem Willielmus fuit ætatis viginti unius annorum in vigilia Sanctæ Brigidæ ultimo præterita. * * * Ricardus Fraunceys &c. concordat cum prædicto Alano [Le Parker] de die et

loco nativitatis prædictæ. Et de hoc recolit per hoc quod tempore nativitatis dicti Willielmi stetit ipse cum Anna matre ejusdem Willielmi, et tempore quo ipsa laboravit in partu de eodem Willielmo venit dominus Willielmus de Ferariis vir suus ad hostium cameræ dictæ dominæ, et idem Ricardus qui fuit tunc camerarius dictæ dominæ et duxit lectum suum, aperuit hostium cameræ ut dominus ingrederetur locuturus cum domina prædicta. * * *

m. 3 d. ROBERTUS BURNEL NUPER BATHON' ET WELLEN' EPISCOPUS, defunctus.
[*Vide Inq. 21 Edw. I. n° 50, p. 464.*]

Robertus Burnel nuper Bathon' et Wellens' Episcopus feoffavit Robertum Burnel nepotem suum de manerio de Risindon' Basset cum pertinentiis per tres annos ante mortem ipsius Episcopi, [qui] seisinam suam inde continuavit per se et per firmarium suum, scilicet, magistrum Willielmum Burnel, quousque ejectus fuit post mortem prædicti Episcopi per Eschaetorem. Gloucestr'.

m. 4. EVA DE VALEYNES. Inq. p. m.

Dicunt [juratores] quod eadem Eva tenuit maneria de Tolehunte Tregoz et Blonteshale die quo obiit in comitatu Essex' ad terminum vitæ suæ, ex dono et feoffamento domini Roberti Burnel nuper Bathon' et Wellens' Episcopi, qui ipsam Evam et Nicholaum Tregoz virum suum conjunctim feoffavit de prædictis maneriis, tenendis eisdem Nicholao et Evæ, et hæredibus eorum ex ipsis legitime procreatis, de domino Rege in capite per servitium duorum feodorum militum. Et si contingeret quod iidem Nicholaus et Eva obiissent deficiente exitu de corporibus ipsorum legitime procreato, tunc eadem tenementa remanerent hæredibus ipsius Nicholai. * Et dicunt quod Johannes de Boys, Jacobus de Bornham, Johannes de Ludham et Johannes Gernoun, nepotes prædicti Nicholai, propinquiore hæredes ejus sunt, quibus eadem tenementa debent reverti. Et Johannes de Boys fuit ætatis viginti quatuor annorum ad Pascha proximo præterito: et prædictus Jacobus fuit ætatis viginti sex annorum ad Purificationem beatæ Mariæ proximo præterito. Et Johannes de Ludham fuit ætatis viginti duorum annorum ad Natale Domini proximo præterito. Et Johannes Gernoun fuit ætatis viginti trium annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præterito. Essex'.

ib. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE HARECURT, defuncti. Assignatio dotis. [*Vide Inq. 21 Edw. I. n° 46, p. 463.*]

m. 5. ROBERTUS FRATER ET HÆRES HENRICI MAUNTEL. Probatio ætatis facta 12° die Maii.

Johannes de Hertwell', juratus et separatim examinatus de ætate dicti Roberti, dicit quod dictus Robertus natus fuit apud Hertwell' in comitatu Northampton' die Lunæ proxima ante festum Sancti Gregorii anno regni Regis Henrici patris domini Regis nunc quinquagesimo sexto, et baptizatus in baptisterio ecclesiæ de Rode, et fuit ætatis viginti unius annorum die Lunæ proxima ante festum Sancti Gregorii ultimo præteritum. * * Walterus Mauntel juratus &c. concordat &c. et dicit quod de hoc recolit per hoc, quod fuit de familia Walteri Mauntel patris dicti Roberti dicto die nativitatis et per duos annos sequentes. * * * Northampton'.

m. 5 d. JOHANNES DAGWURTH', *defunctus.* De exitibus manerii de Dagwurth' a die Dominica proxima ante festum Purificationis Beatæ Mariæ anno regni Regis 18° usque ad festum Sanctæ Trinitatis anno 19°, quo tempore Rex recuperaverat custodiam terræ et hæredis prædicti Johannis.

m. 6. NICHOLAUS LE WALLEYS *defunctus* ET MARGERIA QUÆ FUIT UXOR EJUS. De terris quas conjunctim tenuerunt die quo idem Nicholaus obiit.

m. 6 d. JOHANNES DE YEVIINGDEN' in Brevi.—JACOBUS DE YEVIINGDEN' in Inquisitione, *defunctus.*

Johannes filius prædicti Jacobi est ejus hæres propinquior et est ætatis viginti et sex annorum. Berk'.

ib. JOHANNES ALEYN, *dudum defunctus.*

Rogerus filius ejus est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti trium annorum. Dorset'.

m. 8 d. JOHANNES DE FERRARIIS CONSANGUINEUS ET HÆRES MARGARETÆ DE FERRARIIS QUONDAM COMITISSÆ DERB'. *Probatio ætatis facta 8 Julii.*

Ricardus Foliot, Prior de Bissemede, juratus et separatim examinatus super ætate prædicti Johannis, dicit quod dictus Johannes fuit ætatis viginti duorum annorum quarto die ante festum Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. * * Robertus de Hecham, Rector ecclesiæ de Kerstan juratus &c. dicit quod idem Johannes natus fuit apud Kaerdif die Sabati proxima ante festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ anno regni regis Henrici quinquagesimo quinto: requisitus qualiter habet certitudinem temporis nativitatis prædictæ, dicit quod tempore nativitatis ipsius Johannis fuit ipse de familia dictæ Comitissæ quæ obiit duodecim annis elapsis, et tempore obitus ejusdem Comitissæ fuit prædictus Johannes ætatis decem annorum. Andreas, Rector ecclesiæ de Kinebauton' juratus &c. concordat cum prædicto Roberto præjurato de die loco et anno nativitatis prædictæ: requisitus qualiter recolit de certitudine temporis nativitatis prædictæ, dicit quod Alianora mater prædicti Johannis desponsata Roberto patri prædicti Johannis circiter festum Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum fuerunt viginti quatuor anni elapsi, et elapsis duobus annis post desponsationem prædictam peperit ipsa prædictum Johannem. Et dicit quod tunc temporis fuit ipse constabularius domini Humfridi de Booun, avi prædictæ Alianoræ, de Kinebalton', et de nativitate prædicta statim habuit rumores. * * Robertus Le Freman de Weston' juratus &c. concordat cum proximo præjurato de die loco et anno nativitatis prædicti Johannis. Et dicit quod istam veritatem novit ipse per hoc, quod die Mercurii proxima ante Dominicam Palmarum anno regni regis Edwardi nunc nono post mortem dictæ Comitissæ capta fuit Inquisitio, coram Eschaetore domini Regis tunc, de terris et tenementis quæ fuerunt dictæ Comitissæ et ipsius hærede et ætate ejusdem hæredis; et juratores inquisitionis prædictæ tunc dixerunt quod præfatus Johannes fuit hæres prædictæ Comitissæ et foret ætatis decem annorum ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximo tunc sequens. Huntingdon'.

m. 9. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE PLESSETIS. *Inq. p. m.* [*Vide Inquis. 21 Edw. I. n° 9, p. 456.*]

Item, Breve de partitione terrarum.

Cum post assignationem dotis factam Margeriæ quæ fuit uxor Ricardi de Plessetis defuncti, qui de nobis tenuit in capite, de terris et tenementis quæ fuerunt ejusdem Ricardi die quo obiit, facta fuisset partitio in cancellaria nostra anno regni nostri decimo septimo de terris et tenementis quæ in manu nostra, ultra dotem prædictam, remanserunt de hæreditate prædicti Ricardi, inter Nicholaum Pecche et Sabinam uxorem ejus, Johannem Duraunt et Avelynam uxorem ejus et Johannem Heyrun et Emmam uxorem ejus, hæredes et participes hæreditatis prædictæ de assensu et voluntate eorum in forma subscripta: * * Ita quod post decessum Margeriæ omnes terræ et tenementa, quæ tenuit nomine dotis per mortem præfati Ricardi, integre remanerent præfatis Johanni et Avelinæ, Johanni et Emmæ, et hæredibus earundem Avelinæ et Emmæ imperpetuum. * *

m. 9 d. ROBERTUS DE MORTUO MARI, *defunctus. De vasto tangente Hugonem de Mortuo Mari hæredem ejusdem Roberti infra ætatem existentem.*

ib. RICARDUS DE CUMBE. *Inq. p. m.* [*Vide Inq. 21 Edw. I. n° 29, p. 460.*]

Simon filius dicti Ricardi de Cumbe est ejus hæres propinquior, et est ætatis octodecim annorum. Wiltes'.

m. 10. JOHANNES DE BRYWES, *defunctus.* [*Vide Inq. 21 Edw. I. n° 32, p. 460 — "quandam filiam" vel "quendam filium" Roberti Burnel et Beatricis uxoris ejus.*]

m. 10 d. WILLIELMUS DE STOKES, *defunctus. De custodia terrarum et hæredis quam Hawisia de Greleye clamat.*

Willielmus de Stokes defunctus nihil tenuit de domino Rege in capite die quo obiit: sed tenuit * manerium de Wynterburn' Fifhasse de Waltero filio Roberti filii Walteri et Hawisia quæ fuit uxor Roberti Grelley, hæredibus Johannis de Burgo patris Devorgoil, matris prædicti Walteri, et Hawisiæ Grelle, sororis ejusdem Dervorguliæ.

Dorset'.

ib. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR GEORGII DE LAVERTON'. *Inq. p. m.*

Dicta Johanna obiit in Vigilia Sancti Michaelis anno prædicto [21°].

* * Laurentius filius ejus est ejus hæres propinquior et est ætatis duodecim annorum. Cant'.

m. 11 d. ROGERUS DE CHELES, *defunctus.* [*Per Breve de Scaccario.*]

Robertus filius prædicti Rogeri de Cheles est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis viginti unius anni ad festum Nat' [Nativitatis vel Natalis] Beatae Virginis Mariæ anno supradicto [21°]. [*Inquisitio facta in festo Sancti Leonardi Confessoris.*] Salop'.

m. 13 d. JOHANNES DE URRY. *Inq. p. m.*

Gilbertus filius dicti Johannis est ejus hæres propinquior et est ætatis triginta duorum annorum. Surr'.

Dictus Johannes de Urry per quinque dies ante obitum suum feoffavit Thomam filium suum postnatum de dictis terris et tenementis [in Wikford']. * De hærede ut supra. Essex'.

[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 13.*]

m. 14. ISABELLA DE FORTIBUS COMITISSA ALBÆ MARLIÆ. *Inq. p. m.*

Dicta Isabella tenuit manerium de Rodeston' in dotem per mortem Willielmi de Fortibus quondam Comitis Albæ Marliæ viri sui, et fuit inde dotata per dominum Henricum Regem patrem domini Regis nunc. * * De propinquitate hæredis dictæ Isabellæ quoad successionem dicti manerii ignorant [juratores]. Northampton'.

Dicunt [juratores] quod quidam Ricardus de Clare quondam Comes Gloucestriæ dedit dictum manerium de Navesby cuidam Willielmo de Fortibus Comiti Albæ Marliæ in liberum maritagium cum prædicta Isabella, habendum sibi et hæredibus de dicta Isabella procreatis, et quia dicta Isabella decessit sine hærede de se, dicunt quod dictum manerium reverti debet ad Gilbertum nunc Comitem Gloucestriæ, qui est plenæ ætatis. Northampton'.

Prædicta Isabella tenuit manerium de Heyford' Waryn de Comite Cornubiæ. * Warinus de Insula est propinquior hæres ipsius Isabellæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Oxon'.

Isabella de Fortibus tenuit manerium de Clopton' de domino Rege nomine dotis. * * Dominus Rex Edwardus est hæres de dicto manerio. Suffol'.

Isabella de Fortibus Comitissa Albæ Marliæ tenuit de domino Rege in capite manerium de Plymton'. * * Hugo de Curteney filius Hugonis de Curteney est hæres dictæ Isabellæ, et fuit ætatis octodecim annorum in festo Inventionis Sanctæ Crucis ultimo præterito. [*Inquisitio capta die Sabbati proximo ante festum Sancti Andree Apostoli anno 22°.*] Devon'.

m. 15 d. [ROGERUS DE LA BECHE. *Inq. p. m.*

Galfridus filius dicti Rogeri est ejus hæres propinquior, et est ætatis quindecim annorum. [*Inquisitio facta die Martis post festum Sancti Petri in Cathedra anno 22°.*] Berk'.]

Vacat—quia est de anno 22 et ibi irrotulatur.

m. 16. THOMAS DE LA BECHE. *Inq. p. m.*

Galfridus filius Rogeri fratris dicti Thomæ est hæres propinquior dicti Thomæ, et est ætatis quatuordecim annorum et amplius. Oxon'.

m. 16 d. MATILDIS DE LA BARRE. *Breve de Diem clausit extremum, datum 18° die Octobris anno 21°.* Quod quidem mandatum 25° die Novembris anno prædicto apud London' mandatur executioni domino Henrico de Ralegh' subeschaetori in comitatu Devon'. Et propter debilem sectam prosequentis aut eo quod inquisitio per prædictum Henricum facta minus sufficiens fuit, 4^{to} die Februarii anno [regni] Regis Edwardi 25^{to} mandatur iterato executioni domino Roberto de Cestria subeschaetori in dicto comitatu, qui inde fecit inquisitionem subscriptam. *

Inquisitio de terris et tenementis quæ fuerunt Matildis de La Barre facta apud Barnstaple die Sabbati proxima ante festum Sancti Gregorii anno [regni] Regis Edwardi 25^{to}. * * Elena uxor Walteri de Lolsome [*Lofsome in inquisitione de cancellaria 25 Edw. I. n° 11, p. 532*] filia Ricardi Cortenay fratris dictæ Matildis propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti quinque annorum.

Devon'.

[*Vide Rot. Fin., 25 Edw. I. m. 14.*]

22° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[*Portf. 1/8.*]

- 1 } JOHANNES DE HORSY. *Inq. p. m.*
 et }
 2. } Willielmus de Horsy filius prædicti Johannis est propinquior hæres ejus, et de ætate octodecim annorum futuro, anno regni Regis Edwardi supradicto [22°].
- 3 }
 et } *De terris quas dictus Johannes Horsy et Christiana uxor ejus conjunctim*
 4. } *tenuerunt die quo idem Johannes obiit.*
- 5 } ROGERUS DE LA MORE. *Inq. p. m.*
 et }
 6. } Willielmus filius dicti Rogeri est ejus hæres propinquior et fuit ætatis decem annorum die Inventionis Sanctæ Crucis anno supradicto [22°]. [*Inquisitio facta anno 22°. Vide aliam Inquisitionem factam anno 23°.—Inq. 23 Edw. I. n° 22, p. 497.*] Salop'.
- 7 } PETRUS DE MONTIBUS. *De terris captis in manum Regis post mortem*
 et } *Isabellæ de Fortibus dudum Comitissæ Albemariæ.*
8. } Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod quidam Gilbertus de Montibus, quondam dominus de Wytefeld', proavus Petri de Montibus qui nunc est, dimisit Willielmo de Fortibus seniori quondam Comiti Albemarle, ad terminum quater viginti annorum, 24 acras terræ &c. * in Wytefeld', et quod terminus ille transactus est. Dicunt etiam quod Isabella de Fortibus dudum Comitissa Albemarlæ, post mortem Willielmi de Fortibus quondam viri sui filii et hæredis prædicti Willielmi de Fortibus, prædictam terram &c. ratione termini prædicti ingressa fuit, et ea sic tenuit et non alio modo. Et quod prædictus Petrus de Montibus est propinquior hæres prædicti Gilberti Northampton'.
9. NICHOLAUS LE TAVERNER, *defunctus.*
 Nicholaus Le Taverner fuit Normannus et obiit vestitus de una domo in villa de Wycumbe absque hærede.
10. JOHANNES DE FORSTEBURY, DE WEST GRAFTON'. *Breve de diem clausit extremum.*

23° Edw. I.—Citra Trentam.—[Portf. ½.]

1. JOHANNES DE VERDUN. *Breve de Diem clausit extremum.*
- 2 } JOHANNES VERDUN, *defunctus. Breve et extenta terrarum, et assignatio*
 et } *dotis Alianoræ quæ fuit uxor ejus.*
- 3 }
4. JOHANNES DE VERDUN, *defunctus. Breve de custodia manerii de Brikeslesworth' quod est in manu Regis ratione minoris ætatis hæredis ejusdem Johannis.*
5. JOHANNES DE SUMERESHAM, *proficiscendus in obsequio Regis ad partes Vasconiæ. Pardonatio de morte Nicholaii fratris sui.*
7. RADULPHUS DE TREHAMPTON', *defunctus. Margeria quæ fuit uxor Rogeri de Trehampton' avi dicti Radulphi tenet dotem.*
8. WILLIELMUS DE ODDINGESELES, *defunctus. Breve de seisina pro Ida, Ela, Alicia et Margareta, filiabus et hæredibus dicti Willielmi.*
9. ELA QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI DE ODDINGESELES. *Breve de assignatione dotis.*
10. MATHÆUS FRATER ET HÆRES GALFRIDI DE KNELLE *defuncti. Breve de seisina de terris quæ fuerunt ipsius Galfridi.*
11. ROBERTUS RUSSEL AVUNCULUS ET HÆRES RADULPHI RUSSEL *defuncti. Breve de seisina de terris quæ fuerunt ipsius Radulphi.*
12. THOMAS FILIUS ET HÆRES NIGELLI DE SANDERVILL'. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Nigelli.*
13. JOHANNES DE CRIOLL' FILIUS ET HÆRES BERTRAMI DE CRIOLL'. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Bertrami.*
14. ALICIA QUÆ FUIT UXOR NIGELLI DE SANDERVILL'. *Breve de assignatione dotis.*
15. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS BEK', *defuncta. Breve de manerio de Hakeneston' quod Mathæus filius Johannis dedit dictis Johanni et Johannæ in liberum maritagium ipsius Johannæ.*
18. MARGARETA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE URRY. *Breve de assignatione dotis.*
19. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR THEOBALDI BUSSEL. *Breve de assignatione dotis.*
20. ROGERUS DE ASPHAL. *Breve de Diem clausit extremum.*
21. ADAM DE WAUREVILL' UNUS HÆREDUM SABINÆ MUSTELL'. *Breve de seisina de proparte sua terrarum quæ fuerunt ipsius Sabinæ.*
22. EDITHA QUÆ FUIT UXOR THOMÆ DE LA DOUNE. *Breve de assignatione dotis.*
23. GALFRIDUS LE ROUS, *defunctus. Breve—de terris non intromittendis, quia compertum est per inquisitionem quod idem Galfridus nihil tenuit de Rege per servitium militare.*

25. MATILDA PRIMOGENITA FILIA ET UNA HÆREDUM MATILDÆ QUÆ FUIT UXOR RICARDI PYGOT. *Breve de seisina terrarum quas idem Ricardus tenuit per legem Angliæ de hæreditate ejusdem Matildæ.*
26. MERODA POSTNATA FILIA ET UNA HÆREDUM MATILDÆ QUÆ FUIT UXOR RICARDI PYGOT. *Breve de seisina ut supra.*
29. RADULPHUS DE CAMEYS FILIUS JOHANNIS DE CAMEYS. *Breve de seisina manerii de Flokethorp' de quo idem pater suus ipsum feoffavit.*
[*Vide Rot. Fin., 23 Edw. I. m. 20.*]
33. HENRICUS LE WAYTE. *Breve de Diem clausit extremum. Custodia terræ et hæredis concessa est Aliciæ quæ fuit uxor ejusdem Henrici.*
34. WILLIELMUS ABBOT, *defunctus.* *Breve de certiorando de tenura, quia inquisitio prius capta insufficientis est.*
36. WILLIELMUS PUNCHARDUN. *Breve de Diem clausit extremum.*
[*Vide Rot. Fin., 10 Edw. I. m. 14.*]
37. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR THOMÆ DE STODHAM. *Breve de assignatione dotis.*
38. WILLIELMUS DE ARUNDEL. *Breve de Diem clausit extremum.*
39. EGIDIUS DE BREWOUSE ET BEATRIX UXOR EJUS FILIA ET HÆRES JOHANNIS DE SANCTA ELENA. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Johannis.*
40. JULIANA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE SANCTA ELENA. *Breve de assignatione dotis.*
43. JOHANNES FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE BELLO CAMPO. [*Vide Inq. 12 Edw. I. n° 30, p. 348.*] *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Johannis patris sui. Cecilia quæ fuit uxor dicti Johannis defuncti dotata est.*
44. RADULPHUS DE TONY, *defunctus.* *Breve de custodia manerii de Saham, quod est in manu Regis ratione minoris ætatis hæredis dicti Radulphi, concessa Willielmo de Morley qui in obsequium Regis profecturus est ad partes Vasconicæ; ita quod Cecilia uxor ipsius Willielmi moram faciat in manerio illo pro voluntate sua.*
47. RADULPHUS DE TONY, *defunctus.* *Rex, pro laudabili servitio ipsius Radulphi qui in obsequio Regis in partibus Vasconicæ obiit, concessit executoribus dicti Radulphi omnes exitus terrarum, quæ fuerunt ipsius Radulphi, a die quo obiit usque tempus quo terræ illæ captæ fuerunt in manum Regis.*
48. RICARDUS FRATER ET HÆRES WILLIELMI FILII HENRICI. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Willielmi.*
50. WALTERUS TAUNTYFER FRATER ET HÆRES ALVREDI TAUNTYFER. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Alvredi.*
- 52 }
et } SIBILLA QUÆ FUIT UXOR LODEWICI DE LA POLE *defuncti.* *Brevia de*
53 } *dotæ suæ.*

- 54 } JOHANNA QUÆ FUIT UXOR AUDOENI DE LA POLE *defuncti. De custodia*
 et } *terrarum quæ sunt in manu Regis ratione minoris ætatis hæredis*
 55. } *Lodewici de Pole, et de quibus Hawisia quæ fuit uxor Griffini de*
 La Pole tenet dotem.
56. JOHANNES LE BRETUN. *Breve de Diem clausit extremum.*
57. WILLIELMUS LE VAVASUR FILIUS ET HÆRES ALICIÆ LA VAVASSUR.
Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Aliciæ.
58. MATILDA QUÆ FUIT UXOR PHILIPPI BURNEL. *Breve de assignatione dotis.*
62. WILLIELMUS DE LUDELAWE FILIUS ET HÆRES LAURENTII DE LUDELAWE.
Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Laurentii.
65. GILBERTUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE URRL. *Breve de seisina*
terrarum quæ fuerunt ipsius Johannis.
67. THEOBALDUS DE VERDOUN. *Breve de feoffamento quod fecit Johanni*
flio suo sine licentia Regis.
70. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES HENRICI [?HUGONIS] DE LACHENDEN'
 DE COMITATU ESSEX'. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt patris*
sui. [Vide Inq. 23 Edw. I. n° 3, p. 494.]
76. THOMAS BAYNARD FILIUS ET HÆRES ROGERI BAYNARD. *Breve de*
seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Rogeri.
77. MARGARETA QUÆ FUIT UXOR ROGERI BAYNARD. *Breve de assignatione*
dotis.
79. JOHANNES DYVE FILIUS ET HÆRES HENRICI DYVE. *Breve de seisina*
terrarum quæ fuerunt ipsius Henrici.
80. JOHANNES DE GREY FILIUS ET HÆRES ROBERTI DE GREY 'DE COMITATU
 OXON'. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Roberti.*
81. RICARDUS BASSET FILIUS ET HÆRES RADULPHI BASSET, DE WELEDON'.
Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Radulphi.
85. ROBERTUS FILIUS ET HÆRES ROBERTI MALET. *Breve de seisina terrarum*
quæ fuerunt ipsius Roberti defuncti.
86. THOMAS DE GORGES FRATER ET HÆRES WILLIELMI DE GORGES. *Breve*
de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Willielmi.
87. WILLIELMUS LE LATYMER JUNIOR ET LUCIA UXOR EJUS CONSANGUINEA
 ET HÆRES MARMADUCI DE TWENGE. *Breve de seisina terrarum*
quæ fuerunt ipsius Marmaduci.
- 89 } NORMANNUS DE ARCY. *Brevia de terris captis in manum Regis eo*
 et } *quod ea alienavit sine licentia Regis Roberto filio suo in obsequio*
 90. } *Regis in partibus Walliæ commoranti.*
91. ROBERTUS DE CLIFFORD' FILIUS ET HÆRES ISABELLÆ DE CLIFFORD'.
Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Isabellæ.
92. FELICIA QUÆ FUIT UXOR PHILIPPI DE MONTE GOMERI. *Breve de seisina*
manerii de Owelton' quod dicti Philippus et Felicia conjunctim
tenuerunt die quo idem Philippus obiit.

94. ROBERTUS LE BRET FILIUS ET HÆRES SIMONIS LE BRET. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Simonis.*
95. SIMON DE PATTESHULL' ET ISABELLA FILIA ET HÆRES JOHANNIS DE STEYNGREVE. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ejusdem Johannis.*
96. WILLIELMUS DE HEYNO FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE HEYNO. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Johannis; salva Mabillæ quæ fuit uxor ejusdem Johannis dote sua.*
97. BRIANUS DE BRAMPTON', *defunctus.* *Breve de 'certiorari' super valore feodorum militum &c.*
101. MARGARETA UXOR RADULPHI BASSET, ET QUONDAM UXOR URIANI DE SANCTO PETRO. *Breve de seisina manerii de La Hide unde eadem Margareta feoffata fuit per tres annos antequam eidem Uriano fuit desponsata.*
102. REGINALDUS FILIUS BEATRICIS LA VEYLLE FILLE ET HÆREDIS JOHANNIS FILII JOHANNIS LA VEYLLE. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Johannis filii Johannis.*
103. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS FILII JOHANNIS LA VEYLLE. *Breve de assignatione dotis suæ.*
104. ALMARICUS LE DESPENSER FILIUS ET HÆRES ADÆ LE DESPENSER. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Adæ; salva Johanna quæ fuit uxor ejusdem Adæ dote sua.*
106. ROBERTUS DE HORFORD'. *Breve de Diem clausit extremum.*
108. JOHANNES DE MOLIS FILIUS ET HÆRES ROGERI DE MOLIS. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Rogeri.*
110. JOHANNES DE LUVETOT FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE LUVETOT. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt patris sui.*
113. ROBERTUS DE BRUS FILIUS ET HÆRES ROBERTI DE BRUS. *Breve de seisina terrarum quæ fuerunt patris sui.*
114. HENRICUS FILIUS ET HÆRES HENRICI DE ERDINGTON'. *Breve de seisina de terris quæ fuerunt patris sui.*

23° et 24° Edw. I.—Citra Trentam.—[Portf. 1^o.]

1. PHILIPPUS MARMYON, *defunctus.* [Exscripta tantum tempore Regis Edwardi III. facta.]

Johanna de Morteyn primogenita filia et prima hæredum Philippi Marmyon dat Regi 25l. pro relevio suo de portione ipsam contingente de hæreditate dicti Philippi patris sui, videlicet, de prima quarta parte unius Baronie quam idem Philippus tenuit de Rege in capite die quo obiit, sicut continetur in libro feodorum in comitatu Warrewic' ubi Baronia et feoda annotantur.

2. Eadem Johanna primogenita filia et una hæredum Johannæ de Kilpek' dat similiter Regi 25 marcas pro relevio suo de portione ipsam contingente de terris et tenementis quæ dictus Philippus tenuit de Rege in capite per legem Angliæ die quo obiit de hæreditate dictæ Johannæ de Kilpek' uxoris suæ, videlicet, de tertia parte unius Baronia quæ fuit Hugonis de Kilpek' patris ejusdem Johannæ, quæ Baronia integra partita fuit inter Isabellam quæ fuit uxor Willielmi Walrand' et eandem Johannam filiam et hæredem ipsius Hugonis, sicut continetur in Rotulo 6^{to} in Hereford'.
3. Rex cepit homagium Radulphi filii Radulphi Le Botiller consanguinei et unius hæredum Johannæ de Morteyn defunctæ quæ de nobis tenuit in capite de proparte ipsum contingente de hæreditate prædictæ Johannæ. * * [a^o 24^o.]

Item, Conventio inter Alexandrum Fryvill' et Johannam uxorem ejus et Radulphum filium Radulphi Botiler de proparte hæreditatis Johannæ Morteyn. [a^o 24^o.]

[Vide Inq. 20 Edw. I. n^o 36, p. 442; et 23 Edw. I. n^o 55, p. 505.]

24^o-26^o Edw. I.—Citra Trentam.—[Portf. 11.]

- 1 } HELEWISIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS PYKOT defuncti. Breve de
et } Certiorari et Inquisitio de terris quas eadem Helewisia tenet in
2. } dotem de terris quæ fuerunt prædicti Johannis. [a^o 25^o.]

3. LAURENTIUS PYCOT, defunctus.

Memorandum quod cum Rex misisset Baronibus [de Scaccario] sub pede sigilli sui quandam inquisitionem per Malcolnum de Harle Eschaetorem Regis citra Trentam, de terris et tenementis quæ fuerunt Laurentii Pycot defuncti qui de Rege tenuit in capite ut dicitur, factam et in cancellariam Regis retornatam, mandans Baronibus per Breve suum quod, inspecta inquisitione prædicta scrutatisque rotulis scaccarii, Thomæ filio et hæredi prædicti Laurentii in hoc fieri faciant quod secundum legem et consuetudinem scaccarii prædicti fuerit faciendum. Prætextu cujus mandati, inspecta inquisitione prædicta et etiam inspectis rotulis scaccarii prædicti, compertum est per magnum rotulum, de anno 34^o regni Regis Henrici patris Regis nunc in Nottingham', quod Lætitia Picot, mater prædicti Laurentii cujus hæres prædictus Thomas est, tenuit de Rege unam virgatam terræ in Radeclive per servitium 5 solidorum per annum, quæ est pars serjantiæ de Radeclive; per quod concessum est quod prædictus Thomas habeat seisinam prædictæ virgatæ terræ et eam teneat per servitium prædictum. Et idem Thomas 28^o die Maii anno 25^o fidelitatem fecit domino Regi pro terra prædicta, et finem fecit cum Rege per 5s. pro relevio suo.

25°-27° Edw. I.—*Ultra Trentam.*—[*Portf.* 1^o/₅.]

- 1 } ROBERTUS DE BOULTONE. *De terris quæ fuerunt ipsius Roberti per*
 et } *ipsum alienatis Thomæ de Boultonæ. [a° 25°.]*
 2. }
- 3 } ROGERUS FILIUS ROBERTI DE MELNIR. *De terris quas perquisiverat de*
 et } *eodem Roberto. [a° 26°.]*
 4. } Derb'.
- 9-14. ROBERTUS DE STOTEVILE. *alienigena. De terris quæ fuerunt ipsius*
Roberti. Domina Eda Bertram habuit dolem suam in terra in
Boulton' tempore dicti Roberti et adhuc habet. [a° 26°.]
15. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES MARGERIÆ DE FREWYK'. *Breve de*
seisina terrarum quæ fuerunt ipsius Margeriæ. [a° 26°.]

26° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[*Portf.* 1^o/₂.]

1. * * * * *
- Extenta duarum partium terrarum et tenementorum quæ fuerunt
 Jacobi de Langedone in manu domini Regis existentium ratione
 fatuitatis hæredis ejusdem Jacobi.
- * * * * *

27° Edw. I.—*Citra Trentam.*—[*Portf.* 5.]

- 7 } AGNES DE ESTON', *defuncta. De terris quas tenuit ad terminum vitæ*
 et } *sue ex concessione Regis.*
 8. }
- 9 } HENRICUS DE LEYBURNE ET ELIZABETH UXOR EJUS FILIA ET HÆRES
 et } SIMONIS DE SHARSTEDE *defuncti. [Vide Inq. 25 Edw. I. n° 42,*
 10. } *p. 539.] Extenta terrarum; et de valore maritagii ipsius Elizabeth,*
et ætate ejus die quo pater suus obiit.
- Præfata Elizabeth fuit ætatis novemdecim annorum intrant' viginti
 annorum die quo prædictus Simon pater ejusdem Elizabeth obiit.
Cant'.
- 13 } ANDREAS PATRAS, [?defunctus]. *De captione et valore terrarum quæ*
 et } *quondam fuerunt ejusdem Andreæ in Heveningham.*
 14. }
- 15 } MAGISTER HENRICUS DE BRAY, [?defunctus]. *Extenta terrarum quæ*
 et } *fuerunt ejusdem Henrici.*
 16. }
- 17 } JOHANNES DE SUMERSETE *alias SOMERSETE. Inq. p. m.*
 et } *Item dicunt [juratores] quod idem Johannes de Somersete et quædam*
 18. } *Alicia Russell' tenuerunt conjunctim apud Le Mulnehou infra*
manerium de Northley de Johanne de Astley unum messuagium et

dimidiam virgatam terræ. * * Et dicunt quod dictus Johannes de Somerset et dicta Alicia Russell' conjunctim feoffati fuerunt de eisdem tenementis sibi et hæredibus suis. Item dicunt quod prædictus Johannes de Somersete non habuit hæredem de corpore suo nec alium, ut intelligunt. Salop'.

- 19 } MAGISTER THOMAS DE SUDINGTON', *defunctus*. *De manerio de Passen-*
et ham in manum Regis capto.
 20. } Idem Thomas habuit ingressum in dictum manerium per dominum Hugonem filium Othonis cui Rex illud concessit ad terminum vitæ cujusdam Willielmi filii et hæredis Willielmi de Passenham; et quod quidem manerium devenit in manum domini Regis ratione idiotriæ ipsius Willielmi. *Henricus frater et hæres fuit prædicti Willielmi idiotæ.*
 [Vide *Inq.* 6 *Edw. I.* n° 39, p. 267; et *Rot. Fin.*, 26 *Edw. I.* m. 2.]

31. EDWARDUS FILIUS STEPHANI FROMUND', ET WILLIELMUS FILIUS ROGERI GERLAUND'; [*nepotes et hæredes Thomæ de Wydehaye—Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I.* m. 5.] *Extenta de terris et tenementis suis.*

27° *Edw. I.*—*Citra Trentam.*—[*Portf.* ¼.]

1. GALFRIDUS DE PICHEFORD', *defunctus*. *De quibus terris obiit seisitus; et de quibus terris idem Galfridus et Alicia uxor ejus fuerunt conjunctim feoffati; et de dote quam ipsa Alicia tenet de dono ejusdem Galfridi secundi viri sui. Nihil tenet nomine dotis de dono primi viri sui, nec de libero maritagio.* Sussex'.
 [Vide *Rot. Fin.*, 26 *Edw. I.* m. 6.]

28° *Edw. I.*—*Citra Trentam.*—[*Portf.* ⅓.]

- 5 } JOHANNES DE BALLIOLO NUPER REX SCOTIÆ. *De redditu qui fuit*
et ipsius Johannis, ante guerram inter Regem Angliæ et ipsum
 6. } *inceptam, in Wadington', unde Thomas filius Thomæ de Belhus*
alias Beluse dicit se feoffatum fuisse de centum solidatis.
 12 } JOHANNES DE CARENTAM FILIUS ET HÆRES ROGERI DE CARENTAM.
et De terris suis in Bereford. Wiltes'.
 13. }
- [Vide *Rot. Fin.*, 17 *Edw. I.* m. 11, et m. 10.]

27°–33° *Edw. I.*—*Ultra Trentam.*—[*Portf.* ⅓.]

- 1 } HENRICUS DE PARVA REHIL alias RYHILI', *defunctus*, ET BEATRIX
et UXOR EJUS. De villa de Parva Ryhill' quam tenuerunt de Rege in
 2. } *capite ex dimissione Henrici patris prædicti Henrici.* [*a*° 27°.]

- 5 } JOHANNES DE DANTHORP, *fatuus*, FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE
 et } DANTHORP *defuncti*: *Extenta manerii de Danthorp*. [a° 28°.]
 6 }
- 7 } THOMAS DE LUCY. *De terris de quibus feoffavit Antonium filium*
 et } *suum*. [a° 29°.]
 8 }
- 9 } WILLIELMUS DE KENDALE, *defunctus*. *De terris captis in manum*
 10 } *Regis ratione minoris ætatis Alicie filie et hæredis ipsius Willielmi*.
 11 } [a° 29°.]
- 16-19. ANTONIUS DE ERINGTON' ET MARGERIA UXOR EJUS. *De terris de*
quibus Robertus Bertram, de Bothall, feoffavit prædictam Margeriam
filiam suam. [a° 30°.]
- 20 } THOMAS DE WALKINGHAM FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE WALKING-
 et } HAM. *De terris quas idem Thomas tenet*. [a° 30°.]
 21 }
- 24 } JOHANNES FILIUS WILLIELMI DE FRISKENADE, *defunctus*. *De terris*
 et } *quas tenuit de Rege in capite*. [a° 31°.]
 25 }
26. GILBERTUS DE CAUNTE, *defunctus*. *De manerio de Hunmandeby quod*
fuit ipsius Gilberti et nunc est Roberti de Tateshale. [a° 30°.]

29° et 30° Edw. I.—*Citra Trentam*.—[*Portf.* 1¹/₈.]

- 1 } MATILDA QUÆ FUIT UXOR RADULPHI MUSARD *defuncti*. *De terris quas*
 et } *tenet in dotem*. [a° 29°.]
 2 }
- 5 } JULIANA DE WROKESHALE. *Inq. p. m.*
 et } Jurati dicunt quod prædicta Juliana nihil tenuit in dominico suo ut
 6 } de feodo' de domino Rege in capite die quo obiit. Tamen dicunt
 quod Wentylana quæ fuit uxor Johannis Tany tenuit in Estbury in
 comitatu Berk' in dotem terras et tenementa subscripta ut de
 hæreditate prædictæ Julianæ, ut ipsa quæ inde dotata fuit ad hostium
 ecclesiæ, prædicta Juliana vivente. * * * Et dicunt quod
 Johanna de Serne [*Cerne in Rot Fin.*], Roysia de Brokenesbergh',
 Anastasia et Margareta filie dictæ Julianæ, sunt ipsius propinquiore
 hæredes; quarum prædicta Roysia diem suum clausit extremum
 quatuor annis elapsis et amplius, relicto Johanne de Brokesbergh'
 filio et hærede suo de ætate septendecim annorum. Et quælibet
 prædictarum Johannæ, Anastasiæ et Margaretæ, quæ minus est, est
 de ætate ad minus quadraginta annorum. [*Inquisitio facta 8° die*
Junii a° 30.] Post istam inquisitionem captam præfata Anastasia
 uxor Johannis de Haddon' obiit in comitatu Somerset': et Henricus
 filius suus est ejus hæres propinquior et ætatis octodecim annorum.
 Berk'.

[*Vide Rot. Fin., 30 Edw. I. m. 7; et 34 Edw. I. m. 14 et m. 12.*]

9. HAMO DE GATTON'. *Inq. p. m.* [Vide a° 29 *Edw. I.* n° 58, p. 608.]

Edmundus filius dicti Hamonis est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis dimidii anni ad festum Omnium Sanctorum ultimo præteritum. [Inquisitio facta 24° die Martii a° 29°.] Cant'.

30° et 31° *Edw. I.*—Citra Trentam.—[Portf. 17.]

- 1 } GILBERTUS DE NEVILL', *defunctus.* *De terris quas tenuit de Rege.*
et } [a° 30°.]
2. }
- 13 } SIMON BUSHE *alias* BUSCHE ET RICARDUS FILIUS EJUS. *De terris in*
et } *Mendlesham quas adquisiverunt de Henrico Portman et Roesia*
14. } *uxore ejus, Willielmo de Reydon' et Agnete uxore ejus, Ricardo de*
Essex' et Matilda uxore ejus et Alicia Quordeboef. [a° 31°.]
Suffol'.
- 19 } JOHANNES DE BACHESWORTH', *defunctus.* *De terris quæ sunt in manu*
et } *Regis eo quod Ricardus filius et hæres ipsius Johannis est idiota.*
20. } [a° 30°.]
- 21 } WENTHYLIANA QUÆ FUIT UXOR EUSTACHII FILII GALFRIDI DE WROKESH
et } SHALE. *Inq. p. m.*
22. } Jurati dicunt per sacramentum suum quod prædicta Wenthyliana tenuit
de domino Rege die quo obiit in Estbury in comitatu Berk' in dotem
de hæreditate Julianæ quæ fuit uxor Galfridi de Wrokeshale quartam
partem feodi unius militis per servitium militare. * * * Et
dicunt quod reversio terrarum et tenementorum prædictorum pertinet
jure hæreditario Johanni de Cerne filio 'et hæredi' Johannæ filiæ
et unius hæredis prædictæ Julianæ, Johanni de Brokenesberegh' filio
et hæredi Roysiæ filiæ et unius hæredis ipsius Julianæ, Henrico de
Haddone filio et hæredi Anastasiæ filiæ et unius hæredis dictæ
Julianæ, et Margeriæ uxori Galfridi de Moun filiæ et uni hæredi
ejusdem Julianæ, tanquam cohæredibus ipsius hæreditatis; et sunt
de ætate viginti et unius anni et amplius, excepto præfato Henrico
de Haddone filio et hærede præfate Anastasiæ qui est de ætate
octodecim annorum. [a° 30°.] Berk'.
[Vide *Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 14.]
23. } ANASTASIA DE HADDONE. *Inq. p. m.*
24. } Jurati dicunt quod præfata Anastasia nihil tenuit de domino Rege in
25. } dominico die quo obiit. Tamen dicunt quod manerium de Estbury
in comitatu Berk', quod tenetur de domino Rege in capite per
servitium quartæ partis unius feodi militis, fuit quondam in seisina
Julianæ quæ fuit uxor Galfridi de Wrokeshale 'matris prædictæ
Anastasiæ' ut de sua hæreditate; quod quidem manerium Galfridus
de Wrokeshale et præfata Juliana uxor ejus assignaverunt in dotem
Wenthylianæ quæ fuit uxor Eustachii filii præfati Galfridi; et post
mortem dictorum Julianæ et Eustachii, qui Eustachius obiit sine
hærede de se, descendit jus et hæreditas prædicti manerii Johannæ,

Roysia, 'prædictæ' Anastasiae, et Margeriae, filiabus prædictæ Julianæ et sororibus dicti Eustachii, quarum præfata Johanna quæ fuit 'uxor' Henrici de Cerne obiit citra festum Decollationis Beati Johannis Baptistæ anno supradicto [30°], relicto Johanne filio et hærede propartis suæ de ætate viginti et unius anni et amplius. Et præfata Roysia quæ fuit uxor Ricardi de Brokenesburgh' obiit decem annis elapsis, relicto Johanne filio et hærede propartis suæ de ætate viginti et unius anni et amplius. Et præfata Anastasia quæ fuit uxor Johannis de Haddone obiit ad festum Sancti Johannis Baptistæ anno supradicto, relicto Henrico filio et hærede propartis suæ de ætate octodecim annorum; 'et prædicta Margeria adhuc superstes [est] de ætate viginti et unius anni et amplius.' Et dicunt quod præfata Wenthyliana obiit citra festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi vicesimo nono. [a° 30°.] Berk'.

Henricus de Haddone filius prædictæ Anastasiae est propinquior hæres ejusdem Anastasiae 'de quarta parte manerii de Estbury in comitatu Berk', et est ætatis viginti annorum et amplius. [a° 30°.] Dorset'.

[Vide Rot. Fin., 34 Edw. I. m. 14.]

26 } JOHANNES DE HADDON'. *Inq. p. m.*

et } Item dicunt prædicti juratores quod Henricus de Haddon' filius
27. } prædicti Johannis est propinquior hæres ejusdem Johannis, et quod
est ætatis viginti annorum et amplius. * Præfatus Henricus est
hæres similiter Anastasiae quæ fuit uxor prædicti Johannis de
quarta parte manerii de Estbury in comitatu Berk'. [a° 30°.]
Dorset'.

28-32. JULIANA DE WROKESHLE ET JOHANNES DE HADDON' ET ANASTASIA
UXOR EJUS, *defuncti. De terris et hæredibus eorum, &c.*

Jurati dicunt per sacramentum suum quod prædicta Juliana tenuit de domino Rege in capite die quo obiit de hæreditate sua propria feodum et jus medietatis manerii de Estbury in hoc comitatu, per homagium et servitium quartæ partis feodi unius militis et inveniendi domino Regi in exercitu suo Walliæ et in Anglia si guerra contigerit unum hominem et unum equum coopertum, simul cum Johanna, Amicia, Anastasia, Alicia et Agnete filiabus et hæredibus Johannis de Marisco, quæ tenent aliam medietatem ejusdem manerii ut de proparte sua ejusdem hæreditatis: ita quod hæredes prædictæ Julianæ et hæredes prædicti Johannis de Marisco, participes et tenentes ejusdem manerii, omnes conjunctim facient servitium prædictum de dimidio feodo unius militis in eadem villa ad custus suos proprios per quadraginta dies pro omni servitio. Et dicunt quod Wenthyliana quondam uxor Eustachii filii prædictæ Julianæ post mortem ejusdem Eustachii qui obiit sine hærede de se, adhuc prædicta Juliana matre sua superstite, die obitus ejusdem Julianæ tenuit dominicum prædictæ medietatis ejusdem manerii de præfata Juliana in dotem, per assignationem prædicti Eustachii qui eam inde dotavit ad ostium ecclesiæ de assensu ipsius Julianæ die quo prædictam Wenthylianam desponsavit: ita quod post mortem ipsius Julianæ descendit et accrevit feodum et jus ejusdem medietatis in hoc comitatu, una cum aliis terris et tenementis quæ eadem Juliana tenuit in dominico suo ut de feodo in aliis comitatibus, Johannæ, Roysia, Anastasiae

